# DE RECTA DOTIUM MONASTICARUM RATIONE INEUNDA

*TOM. I.*

---

# DE RENUNCIATIONIBUS MONIALIUM ET AMORTIZATIONE BONORUM

*TOM. II.*

# STEPHANI PATRITII

REGII CONSILIARII

In Supremo Regni Neapolitani Conſilio

*DE RECTA DOTIUM MONASTICARUM RATIONE INEUNDA*

# CONSULTATIO

*CUM ADNOTATIONIBUS*

J. ANDREAE SERRAI

PRESBYTERI

AD

*Excellentiſſimos & Illuſtriſſimos*

XIIVIROS

REGNI SICILIAE CURATORES

NEAPOLI MDCCLXVI.
Ex Typographia Simoniana
*Superiorum permiſſu.*

Digitized by Google

EXCELLENTISSIMIS ET ILLUSTRISSIMIS

# XII VIRIS

## REGNI SICILIAE CURATORIBUS

FRANCISCO TESTAE ARCHIEPISCOPO MONREGALENSI

* . . . . . . . . . . .

MICHAELI GRAVINAE COMMITINI PRINCIPI URBIS PRAETORI

* . . . . . . . . . . .

JOSEPHO ANTONIO REQUISENSIO COSYRAE PRINCIPI

ALOYSIO NASELLIO PRINCIPI ARAGONAE

JOSEPHO BRANCIFORTIO SCORDIAE PRINCIPI

IGNATIO MIGLIACCIO MALVAGNAE PRINCIPI

* . . . . . . . . . . .

HYACINTHO PAPAE DUCI PRATIAMOENI

ALEXANDRO VANNIO SANCTI VINCENTII PRINCIPI

THOMÆ CIACONIO MARCHIONI SALINAE

*J. ANDREAS SERRAUS S.*

MAGNO *&* *excellenti ingenio viri, qui publicorum ne-*

*gotiorum gubernacula diu multumque tenuerunt, nihil magis in bene conſtituta Civitate pertimeſcendum affirmarunt, quam ſi, priſtinis inſtitutis poſthabitis, ſeu neglectis, rebus novis populus ſtuderet. Quorum profecto ſententiam multiplex rerum uſus comprobavit. Nam ſi memoria vetera repetamus, Imperiorumque progreſſiones, & viciſſitudines expendamus, comperimus certe clariſſimas Reſpublicas, potentiſſimos populos, nunquam tantis incommodis, gravioribuſque calamitatibus laboraſſe; quam quum a majorum inſtitutionibus abiri, ac novam regiminis formam invehi cœptum eſt. Nec unquam aut a turbis & diſſenſionibus ceſſatum, aut publica quies & tranquillitas adepta; do-*

*nec*

*nec, novis rebus ſublatis, ad veterem diſciplinam res revolverentur. Liceat quidem ſimilia de Chriſtiana Religione affirmare: quæ quum ſuas habeat leges, hæque Chriſtum Dominum auctorem agnoſcant ac venerentur, nihil mirum, ſi, quotieſcumque ab illius ſummi ac ſapientiſſimi Legislatoris præceptis homines receſſere, continuo ingentia mala ac detrimenta in univerſum Chriſtianum populum redundarunt. Accedit etiam, quod quum Chriſtiana Religio in Imperio prognata, inque eodem alta educataque ſit, ita ſenſim ambo arctiori fœdere, mutuiſque legibus ac moribus inter ſe coaluerunt; ut quidquid novi, ac priſtinæ diſciplinæ abſonum quis moliatur, incommodum ad utrumque pertineat. Non eſt cur hujuſce rei exempla huc*

 *pro-*

*proferamus, quum illorum plena ſint veterum monumenta. Quo mihi veſtra laus videtur eſſe illuſtrior*, XII*viri Excellentiſſimi, quibus quum univerſi Regni Siciliæ graviſſimarum rerum, ac publici negotii procuratio demandata eſſet, in eo omnem veſtram curam, cogitationem, operam ponere præclarum duxiſtis, ut puriſſimæ noſtræ Religionis ratio recta, atque ab omni vel leviſſima contagione immunis ſervaretur; eademque opera civium commodis, Regnique incolumitati proſpiceretur. Nam quum animadvertiſſetis novam ac pravam, quæ peſſimo publico prodiit, Monaſticarum Dotium conſuetudinem, ut primævæ inſtitutioni contrariam, atque adeo in divinum cultum injurioſam, ita cujuſque familiæ noxiam eſſe; Vos*

*tan-*

*tandem a ſapientiſſimo Rege Carolo impetraſtis, ut ejus quæſtionis diligens inveſtigatio, res ſæpe ac diu agitata, atque a pluribus fruſtra tentata, abſolveretur: quo, initis ſubductiſque rationibus, modus tandem imponeretur effreni illi luxui, ac nimium effuſis ſacrarum Virginum largitionibus, quæ a chriſtiana pietate vehementer abhorrent, nec levia important Reipublicæ incommoda. Præclarum certe facicinus, unde Vobis, nominique veſtro plurimum dignitatis & gloria apud omnem poſteritatem accedet; quæ profecto veſtrorum immortalium meritorum memor, nullo unquam tempore Vobis gratias non aget, habebitque majores. Ceterum quum mihi demandatum ſit, ut Clariſſimi Viri Stephani Patritii, Regii Conſiliarii Conſul-*

*tationem De recta dotium monaſticarum ratione ineunda, typis imprimendam curarem, quo uberius tractatio univerſa inſtitueretur, adnotationes eidem ſubnectere non abs re viſum eſt. Quem tamen librum quis potiori jure ſibi, quam Vos, Ampliſſimi* XII*viri, vindicaſtis? A quibus enim præcipua ſcriptionis laus proficiſcitur, ad eos præconium, ſi quod eſt, ac decus omne debet referri. Nimirum Vobis inſcribendus is eſt, qui uni mortalium omnium conſecuti eſtis, ut præcellentem illam gloriam, quam veſtræ inclytæ genti vetuſtas omnis tribuit, eamdem Vos præclara laudum acceſſione adaugeretis. Etenim ſi quondam Sicilia potentiſſimis & maximis urbibus floruit; ſi armorum, eruditionis, & imperiorum gloriam præ ſe tulit;*

*nunc*

*nunc vero iis ſapientiſſimis legibus ſub Rege noſtro Ferdinando veſtrum Monarchicum Regimen temperatum eſt, ut Sacrorum auctoritas, & jura ratione vigerent; & Imperio ſua conſtaret majeſtas. Ex qua profecto beatiſſima Reipublicæ temperatione, qui præcipuus, atque haud ſcio an ſolus Imperiorum omnium fructus eſſe debet, populi felicitas, hoc eſt, univerſorum, ac ſingulorum commodum, atque utilitas emanat. Quumque tam bene publico bono conſulitis; erit certe humanitatis veſtræ benevolentia complecti volumen hoc, quod publici commodi rationem propoſitam habet. Sed jam ad rem aggrediamur.*

J. AN-

Digitized by Google

# J. ANDREAE SERRAI
## IN CONSULTATIONEM
## *DE RECTA DOTIUM MONASTICARUM RATIONE INEUNDA*

# PRAEFATIO.

SACRARUM Virginum quo illuſtrior eſt, ac ſanctior in Chriſtiana Republica dedicatio; eo diligentior eſſe debet earum diſciplinæ conſervatio, & cura. Nam ſi ſemel quidquam ſancto inſtituto alienum, aut minus congruens inter ipſas irrepere ſinatur, ut eſt debile earum ingenium, ab integritate ad corruptionem proclive; continuo totius diſciplinæ depravationem ſequi neceſſe eſt: ut nihil magis inter Chriſtianos præſtandum eſſe cenſuerint viri ſingulari pietate præditi, quam Sancti-

moniales in recto propoſito , quod principio profeſſæ ſunt , omni qua fieri poteſt diligentia , continere . Hæc cura & cogitatio quum diu ſollicitos habuiſſet cordatos , ac pios Siciliæ Regni Curatores , id conſilium ſibi ſuſcipiendum eſſe conſtituerunt, ut maturius,quantum poſſit, & pietatis incolumitati , & reipublicæ ſaluti proſpicerent. Nam quum intellexiſſent , certoque experimento compertum habuiſſent , luculentas illas , quæ quotidie ad Monaſteria confluunt, dotes, non minus devotarum Virginum rectæ religioni, quam familiarum rationibus plurimum obeſſe ; in generali Siciliæ Conventu , anno MDCCLIV habito , inter alia , quæ ab Carolo III Rege petivere , illud potiſſimum fuit, ut ad temporariam penſionem, non ultra Monialis vitæ tempus duraturam , dotes convertantur , reformenturque , & coerceantur inſani illi ſumptus, qui in profeſſionis die inſumi ſolent.

Ejuſmodi petitionem Rex piiſſimus

mus minime aſpernatus, litteris ſuis ad VII Kal. Julias ejuſdem anni datis, Siciliæ Senatui ( *Giunta* italice appellant, quem Regni Præſides, cum Conſultore regunt ) dat mandata, ut aſſidentibus Judice Monarchiæ, ac Magnæ Curiæ, Regiique Patrimonii Fiſci Advocatis, rem totam diligenter perveſtigarent, eumque quid facto eſſet opus, docerent. Res aliquandiu infecta jacuit: donec, ut ejus gentis eſt ingenium, propoſiti tenax, ac in ſuſcepti negotii cogitatione conſtans, Regni *Deputatio* ( XIIvirorum id Collegium eſt, quod bene gerendæ reipublicæ curam exercet ) anno MDCCLXIII novis poſtulationibus Regem ſupplex eadem de re adit: qui iterum eidem ſupremo Senatui negotium dat, ut Relationem, quam primum poſſet, maturaret. Propterea quum binas Relationes Senatus de Proregis ſententia ad Regem mittendas curaſſet, eaſdem is deferri juſſit ad Conſilium Sicilienſe, quod Neapoli eſt Conſtitu-

ſtitutum, & quo ſtatis diebus amplisſimi Viri conveniunt, ut ibi de ſummis Siciliæ rebus conſulatur. Conſilium III Non. Auguſti anni MDCCLXV, in hanc ſententiam ſcripto renunciavit: „ Quo-
„ niam quæ in Monialium ſollem-
„ ni profeſſione adhibentur convi-
„ via, ſymphoniæ, aliæque profa-
„ næ pompæ, cum magno no-
„ bilium Virorum, & mulierum
„ comitatu, plurimum ſacrorum
„ Canonum ſanctitati, & Civium
„ etiam fortunis officiunt; vide-
„ ri recte, & ordine, exque re-
„ publica feciſſe Senatum Sicilien-
„ ſem cum ſuis Præſidibus, Con-
„ ſultore, Judice, & Fiſci Advo-
„ catis, quod a Rege petierint,
„ ut ſollemnes Monialium profeſ-
„ ſiones poſthac ſine quovis lauto
„ ſumptuoſoque apparatu, ſed mo-
„ derate, obſeratis foribus, cele-
„ brentur: ipſoque ſollemnitatis
„ tempore non niſi duodenis çereis
„ Ara maxima colluceat: ut deni-
„ que ſingula omnia parce quidem,
„ hoc

„ hoc eſt, ſecundum chriſtianam
„ ſimplicitatem in ſacris illis clau-
„ ſtris peragantur: quin etiam an-
„ niverſarii feſti dies, qui hacte-
„ nus Monialium ære, prout cui-
„ que demandati ſunt, agi ſolent,
„ poſthac ex Monaſterii facultati-
„ bus moderatius celebrentur. Qui
„ ſecus facit, fecerit, ei fraudi
„ eſto, ac mulcta mille aureo-
„ rum, præter alias pœnas, irro-
„ getur „. De abrogandis vero
dotibus ita cenſuit: „ Sapienter
„ quidem, atque ex uſu factum iri
„ exiſtimare Concilium, ſi, ſubla-
„ tis pecuniariis dotibus, annua
„ penſio, modo Monaſterii res ad
„ alendas Virgines non ſuppetant,
„ a Monialibus perſolvatur, quæ
„ una cum ipſarum vita perdu-
„ raret: idque ut ſacrorum Ca-
„ nonum, Eccleſiæque ſanctioni-
„ bus conveniens reputandum eſſe.
„ Quod ut recte præſtetur, utique
„ imperandum eſſe cunctis Siciliæ
„ Epiſcopis, ut dent operam, ut
„ ſinguli in ſuis Diœceſibus, pri-

„ mo

„ mo quoque tempore cognoſcant „ de cujuſque Monaſterii facultatibus; ineantque rationem, ac circumſpiciant res omnes diligentiſſime, quo bene, atque ordine „ de Monaſteriorum ſtatu, deque „ Monialium commodis conſuleretur: præſtitutoque ſex menſium „ tempore, Regem de omnibus „ rebus docerent. „ Cui Conſilii renunciationi Rex aſſenſus quum eſſet, conſcriptis litteris anno MDCCLXV, IV Id. Auguſti, mandat Epiſcopis, ut, rogatis prius ſententiam Fiſci Advocatis Panormitanis, Meſſanenſibus, Catanenſibus, aliiſque, ad quos pertineret, de re univerſa referrent, uti, tum de abrogandis dotibus, tum etiam de coercendis ſumptibus, quid maxime expediret, ſtatueretur.

Rebus ita conſtitutis, quum quæſtio tam idonea decernenda tandem foret, eamdem ſcriptis etiam luculentiſſimis illuſtrem facere Siculi exiſtimarunt. Quocirca potiuſ quam aliquid de novo molirentur, duo

duo præſtantiſſima monumenta, quæ alias in vulgus edita erant, iterum typis imprimenda conſtituerunt; ut duorum etiam ſummorum Virorum auctoritate cauſæ dignitati proſpiceretur. Alter eſt Miles Hieroſolymitanus Franciſcus Vargas, qui in comparanda præſtantiſſimarum rerum ſcientia quum nullum vitæ tempus prætermiſiſſet, ad Regni Magiſtratus a Rege vocatus, deinceps inter Vviros *Cameræ S. Claræ* adlectus, ac Regiæ Juriſdictionis *Delegatus*, Annonæque Præfectus creatus, doctrina, ſcriptiſque cedro dignis, & ſingulari humanitate reipublicæ commodis mirifice nunc conſulit. Is, inquam, anno MDCCXLV., rogatu Decurionum Neapolitanorum, *Diſſertationem* edidit, in qua omni ſelectiſſimarum rerum, ex univerſo ſacræ doctrinæ latifundio, copia, de reformandis dotibus Monialium ſane quam accurate diſputavit: ut nihil mirum ſi ex ea a doctiſſimis hominibus ingentes laudes retulerit. Eadem-

demque nunc Diſſertatio pro Sicilienſi cauſa iterum Neapoli edita eſt, quæ magno cum Auctoris præconio circumfertur.

Alter vero eſt Stephanus Patritius. Hic poſtquam magna cum ingenii gloria in Foro Neapolitano eſt verſatus, ut nemo hactenus ejuſdem ætatis plures gravioreſque cauſas egerit, ad gerendum Magiſtratum admotus, inter *S. Claræ* Regios Conſiliarios jam adſcitus, inſuper Regii *Cappellani* Majoris, Conſiliique Sicilienſis Conſultor non ſine magno reipublicæ bono renuntiatus eſt. A quo ampliſſimo Viro, quum mihi demandatum eſſet, ut *Diſputationem* illam italicam exorarem, quam jam inde ab anno MDCCXXXVII pro Lycienſi urbe *De recta dotium Monaſticarum ratione ineunda* in vulgus emiſerat, ut eamdem typis nunc iterum excudendam curarem, nuſquam ſane ejus exemplum ullum quærentibus nobis occurrit. Sed quum rumor percrebuiſſet, eam illam *Diſputationem*

*nem* italicam ab eodem, ſubſecivis horis, in *Conſultationis* formam latine jam adornatam extare, hanc Vir humaniſſimus minime gravate exhibuit; eamque exſcribendam dedit ex quarto ſuarum *Conſultationum* latinarum Codice, quas plures ſane de Regia Juriſdictione agentes manu deſcriptas habet. Hanc igitur *Conſultationem* evulgaturus, ſtatim rationes meas collegi: ac diu, fateor, animi pependi, ſatis mecum ipſe reputans, quam res eſſet periculi plena, in hujuſmodi diſputationis genere pro dignitate diſſerere. Digna tandem res viſa eſt, ut eidem *Conſultationi* perpetuos commentarios adjicerem, non quod egregium opus orationis meæ luce egeret; ſed quum ſtrictim illic, ac propoſitæ brevitati conſentaneæ res complecterentur, eaſdem illas fuſius perſequi, atque ad cauſſæ rationem conducibilius, non abs re futurum putavi. Quod onus quum aliorum ut imperio parerem ſuſcepiſſem, utinam cordatorum virorum

rorum expectationi, & judicio faccerem ſatis. Conatus certe ſum pro eo, ac potui. Nec deſtiti per litteras hujus demandatæ provinciæ certiorem facere Virum egregium, Franciſcum Teſtam Monregalenſium Archiepiſcopum, qui primas inter Regni Siciliæ XIIviros tenet, opem & auxilium expoſcere: qui profecto, ut eſt non modo plurium, ac interiorum litterarum ſcientia, editiſq; egregiis ingenii monumentis, nulla non ampliſſima laude cumulatiſſimus; ſed ad omnem etiam humanitatem eruditus; vix dici poteſt, quam humaniſſimis verbis mihi reſponderit: alacremque me quidem fecit, ut ſuſceptum jam opus proſequerer.

Quo autem res plane eſſet, cumulateque perfecta, non injucundum fore lectoribus putavimus, ſi, antequam ad rem ipſam aggrediamur, nonnulla univerſim de ſacris his mulieribus ordine diſſeruimus. Dentque mihi veniam

niam ipſi oro, ſi rem paulo longius repetamus. Igitur quoniam de Virginibus noſtra potiſſimum diſputabit oratio, eas & apud gentiles ipſos laude non caruiſſe, ex plurimis veterum monumentis planum fit. Quare autem a Romanis virginitati honos tributus ſit, nobis tradit Plutarchus, qui in Numa hæc ait: *Numæ Veſtalium Virginum conſecrationem, omnemque æterni ignis, quem adſervant hæc, cultum, ac honorem adſignant: ſive puram & incorruptam ignis naturam; ſive ſterilem & infœcundam virginitati, quaſi contubernio conjunxit.* Apud Hebræos autem, quantum ex ſacris Scripturis colligere nobis licet, nuſquam laudi virginitas mulieribus ducebatur. Nec alia ejus rei ſat idonea cauſa afferri poteſt, niſi quia præcipuam ii reipublicæ felicitatem in propagationis, & ſobolis fœcunditate collocaverint, uſque eo, ut probro ſterilitas mulieribus eſſet. Sed præcipuus virginitatis decus in Chri-

ſtianis

ſtianis fuit, adumbratum quidem in eo Apocalypſis loco, ubi non niſi Virginibus ſacrum Agnum ſubſequi datum erat. Hinc Jo: Chryſoſtomus Homil. adverſus Agapetas hoc vel maxime Chriſtianorum diſciplinam ſupra Gentilium futiles religiones extollit, quod virginitatem apud nos colere præclarum ducatur, quæ apud illos vix aliquo veſtigio appareat, nulloque, aut parvo admodum in pretio habita ſit. *Inter Græcos quidem* (ait) *licet pauci ita philoſophati fuerunt, ut opum eſſent contemptores, & iram vicerint; virginitatis autem flos nullo modo apud illos floruit, in qua ſemper nobis conceſſerunt primam dignitatem, ingenue faſſi, rem eſſe ſupra naturam, & non humanam. Et ea propter omnibus gentibus fuimus ſummæ admirationi.* Sed quo ordine, quibuſque ritibus Virgines, aliæque devotæ mulieres inſtitutæ, quibuſque miniſteriis in Eccleſia addictæ fuerint, paulo accuratius oportet explorare.

§. I.

## §. I.

### *De Preſbyteriſſis, Diaconiſſis, & ſacris Viduis.*

PLures quidem ritus primi illi Chriſtianorum ex veterum nationnm ceremoniis in ſuos cooptarunt, deque falſis religionibus ad veri Dei cultum traduxerunt: quos tamen primum ex antiquiſſimo Hebræorum populo dimanantes, in reliquas deinde gentes propagatos fuiſſe, luculenter demonſtrant viri docti. Sed præſertim in effingendis Hebræorum moribus, quoad Chriſtianæ inſtitutionis ratio pateretur, admodum ſollicita Eccleſia fuit: neque enim aliud, quam ipſum diviniſſimum Numen, a quo regeregetur, agnoſcebat. Hinc plures ex Hebræorum mulieribus judaicis ſacris præcipuo quodam ritu fuiſſe mancipatas, in multis divinorum librorum locis videre eſt, ut nos alibi

alibi argumentis planum faciemus. Quarum exemplum ad imitandum ſibi propoſuiſſe Chriſtianas noſtras mulieres, non eſt cur dubitemus. Nam ut primum Chriſti Eccleſia inſtitui, celebrarique cœpta eſt, quemadmodum viri, feminæ etiam, abjectis ſeculi curis, totæ ſeſe Religionis ſtudiis obeundis tradidere; ut peculiare quoddam vitæ inſtitutum ſequentes, certo diſcrimine ab aliis diſcernerentur. Sed jam de ſingulis earum diſſerendum. Equidem non ignoro, a pleriſque certam inter Diaconiſſas, Presbyteras, & Viduas differentiam poni; contendentes quidem diverſo illas ordine habitas, diverſoque miniſterio diſcriminatim addictas fuiſſe. Verum enim vero plura proſtant in univerſa antiquitate monumenta, ex quibus eadem officia, eademque prorſus munera ſacris illis mulieribus tradita fuiſſe colligimus, ita certe, ut inter earum gradus aut nullam, aut ſatis parvam differentiam ſtatuamus oporteat. Quin etiam

etiam quum hæ omnes ex Viduarum numero plerumque, tanquam ex aliquo ſacrarum Miniſtrarum ſeminario, deſumerentur; quotieſcunque aut Diaconiſſas, aut Presbyteras uſurpabant, communi utriſque originis vocabulo, Viduas vocabant. Illud autem apud omnes in confeſſo eſt, ſacras hujuſmodi mulieres, Templi miniſterio mancipatas, ita in Clericorum ordinem relatas apparere, ut Cleri partem conſtituiſſe viderentur. Id videre eſt ex Tertulliani de Præſcript. cap. III, quo loco quum Hæretici nonnulli mordicus errores ſuos defenderent, exemplo eorum, qui ex Clericorum ordine ad ſectam ſuam demigrabant, ejuſdem ſacri ordinis miniſtros enumerans, ait: *Quid ergo ſi Epiſcopus, ſi Diaconus, ſi Vidua, ſi Virgo, ſi Doctor, ſi etiam Martyr lapſus a regula fuerit; ideo hæreſes veritatem videbuntur obtinere? Ex perſonis probamus fidem, an ex fide perſonas?* Quin aliis etiam locis Presbyteros, & Viduas,

 ut

ut eidem ordini addictas, recenſet.

Harum ſacrarum mulierum primam originem ab uſque Apoſtolorum temporibus repetere licet. Ii enim procurandis potiſſimum Religionis Myſteriis occupati, ſicuti ſacros miniſtros pro virorum, ita etiam ſacras miniſtras pro feminarum cura ſeligere conſueverant. Ac primo quidem Hebræorum mulieribus, utpote Apoſtolis ipſis magis familiaribus, id negotii demandabatur. Unde ſermonis, & querimoniæ occaſionem Gentiles ſumpſere, rati quidem injurioſum, mulieres ſuas contemptui habitas, a ſacro miniſterio arceri.

Quodnam autem earum uniuſcujuſque officium eſſet, juvat hic exquirere; ut ex muneris, ſi qua eſſet, diverſitate, diverſos quoque veluti gradus inter eas interceſſiſſe, conjici aliqua ratione poſſit. Presbyteras hic non eas intelligimus, quæ Sacerdotibus ante eorum ordinationem matrimonio erant junctæ, quæque, poſt ſuſceptos a maritis ſacros ordi-

ordines, ſeorſim ab iis degebant, a Græciſque παναδιά vocabantur. Sed eas hic uſurpatas volumus, quas quondam Eccleſiæ curam ſuſcipientes, Græci πρεσβυτέρους, Latini autem, ut in *Can. Mulieres diſt.* 3, *Matricurias* appellabant, erantque univiræ, ac ſeniores. Harum igitur munus, ægrotos inviſere, egenos alere, ſolari captivos & vinctos: ſæpe etiam pernoctabant ad oſtium carceris, ubi Chriſtiani martyrio tradendi detinebantur. Hinc Lucianus in *Peregrini* Dialogo, Chriſtianorum diſciplinam irridens, ait, ad Peregrini carcerem adſtare ſolitas vetulas quaſdam Viduas. *Mane* (inquit) *illico videre erat juxta carceres præſtolantes, Viduas quaſdam*. Præterea hoſpites ſuſcipere, humare mortuos, & cetera ejuſdem caritatis officia præſtare. Intra Eccleſiæ etiam clauſtra miniſterium ſuum exercuiſſe veterum monumenta docent. Nam quum Canon XI Concilii Laodicenſis II ſanxiſſet, *Non oportere eas, quæ*

 *dicun-*

*dicuntur Presbyteræ*, *ſive Præſidentes*, *in Eccleſiis conſtitui*; Zonaras eumdem Canonem explicans, ait: *Quædam antiquis temporibus in Eccleſia conſuetudines fuere*, *quas temporis diuturnitas partim immutavit*, *partim omnino ſuſtulit*; *aliquæ etiam ex iis Canonum decretis abrogatæ ſunt*. *Talis illa quoque fuit*, *ut Presbyteræ vetulæ mulieres in Eccleſiis conſtituerentur*, *quas etiam Præſidentes vocabant*, *quæ ingredientibus in Eccleſiam feminis*, *veluti magiſterio quodam fungentes*, *præeſſent*, *ac ſuo quamque loco ordine ac rite conſiſtere juberent*. Quinetiam ad ſpiritualia illas munera quandoque adhibitas comperimus: nam concionem habebant, docebantque ceteras mulierculas. *Sicuti enim* (ſcribit Atto Epiſcopus Vercellenſis epiſt. viii) *hæ*, *quæ Presbyteræ dicebantur*, *prædicandi*, *jubendi*, *vel docendi*; *ita ſane Diaconæ miniſtrandi*, *vel baptizandi officium ſumpſerant*. In Eccleſia etiam eis quondam canendi

di poteſtatem factam eſſe, diſcimus ex Iſidori Peluſiotæ lib. 1, epiſt. 90, ſic enim habetur: *Importunas in Eccleſiis loquacitates Domini Apoſtoli coercere & comprimere ſtudentes, ut mulieres in ipſis canerent, ſapienti conſilio permiſerunt.* Cujus ſacri ritus veſtigium aliquod, ad hæc uſque tempora, in Eccleſia Mediolanenſi ſervatur, ubi in ſolemnioribus feſtis diebus, XII vetulæ, ſacris veſtibus indutæ, una cum Clericis in Templo canunt: ut in Ambroſiana Liturgia ita jubetur: *Temporibus Litaniarum cantant & ipſæ* Κύριε ἐλέησον *alternatim cum aliis Sacerdotibus Chori.* Utebantur autem veteres illæ Presbyteræ peculiari quodam veſtitus genere. Id colligimus ex D. Gregorii M. epiſt. VII, lib. VII, ubi inquit: *Epiphanius . . . . reſpondit, prænominatam Abbatiſſam, uſque ad diem obitus, indui ſe monachica veſte noluiſſe; ſed in veſtibus, quibus loci illius utuntur Presbyteræ, permanſiſſe.* Animadverti



verti

verti autem in Concilio Laudicenſi, apud Ferrantem in ſua breviatione Canonum tit. 221, conſtitutum fuiſſe, *Ut mulieres, quæ apud Græcos Presbyteriſſæ appellantur, apud nos viduæ, ſeniores, univiræ, & matriculæ, in Eccleſia tanquam ordinatas conſtitui non liceat*. Ex quibus verbis, ſi integer Concilii locus extaret, plura deſumi poſſent.

Expoſitis quæ Presbyterarum erant propria, nunc ad Diaconiſſas propius accedamus: quas quidem a Plinio etiam, ad Trajanum epiſtola, commemoratas legimus, quum de Diaconiſſis, quas Miniſtras vocat, quæſtionem habuiſſe ſcribat. *Quo magis* (inquit) *neceſſarium credidi ex duabus ancillis, quæ Miniſtræ dicebantur, quid eſſet veri, & per tormenta quærere*. Hæ igitur, quemadmodum & Presbyteræ, ex Viduarum ordine fere deſumebantur: tametſi Virginibus quandoque id muneris traditum fuiſſe cognoſcimus ex Conſtitutionum, quas Apoſto-

poſtolicas, appellant lib. III, atque ex Juſtiniani Novella VI, cap. 6, ubi dicitur: *Volumus autem & ipſas, quæ ad ordinationem perducuntur, Diaconiſſas, ſive ex viduitate, ſive ex virginitate non cum aliquo cohærentes . . . . ſed aut ſolæ habitent, aut cum parentibus ſuis, & filiis, aut vere fratribus.* Quibus autem virtutibus Diaconiſſa foret ornata, declarat D. Paulus in epiſt. I ad Timoth. cap. I inquiens: *Vidua eligatur non minus ſexaginta annorum, quæ fuerit unius viri uxor, in operibus bonis teſtimonium habens, ſi filios educavit, ſi hoſpitio recepit, ſi ſanctorum pedes lavit, ſi tribulationem patientibus ſubminiſtravit, ſi omne opus bonum ſubſecuta eſt.* Sed præcipuam hæ rerum gerendarum prudentiam adhibere ſolebant in recte conſtituendis Chriſtianorum conjugiis: neque enim fas erat puellis matrimonia inire, niſi adhibito prius Viduarum conſilio. Huc enim referri debent illa Tertulliani verba,

 quæ

quæ alioqui denſiſſimis tenebris implicata jacerent. *Matrimonium* ( inquit ad uxorem cap. 2 ) *poſtulas ab Epiſcopo*, *Presbyteris*, *Diaconis*, *Viduis*. Ad Viduas quidem referri, ut proſpere, fortunateque etiam ad terrenam felicitatem matrimonia evenirent. Ad Epiſcopos autem, aut Presbyteros, aut Diaconos, ut ſolemni precatione Sacramenti uberrimos fructus adipiſcerentur. Ut facile hinc cognoſci poſſit, quam vetuſtiſſimo ex ævo repetere liceat morem contrahendi matrimonia *in faciem Eccleſiæ*. Quare ibidem ſic concludit Tertullianus: *Unde ſufficiamus ad enarrandam felicitatem illius matrimonii*, *quod Eccleſia conciliat*, *&* *confirmat oblatio*, *&* *obſignat benedictio ?* Diligentem etiam operam ponebant Diaconiſſæ in ſacri Baptiſmatis procuratione. Erudiebant enim Catechumenas, eaſque ad ſacrum fontem adductas, ablutaſque ſalutari lavacro, ungebant per ſingula corporis membra, prout Græ-

corum

corum mos ferebat. Ita enim in Apoſtolicis Conſtitutionibus lib. II, cap. 26 ſcriptum eſt : *Ad multa indigemus Diaconiſſa. Ac primum quidem quum mulieres baptizantur: unget quidem eis Diaconus frontem tantum oleo ſancto : poſt eum vero illinet Diaconiſſa : non enim opus eſt, ut viri inſpiciant feminas.* In Eccleſia autem ejus Templi partis curam gerebant, quæ mulieribus erat attributa. Adſtabant enim ad veſtibulum, monebantque ut Templi ſuum quæque locum tenentes, ſilentium darent, ſervarentque modeſtiam, & verecundiam. Rationes etiam ad Epiſcopum referre ſolitas invenimus, ſive etiam ad Sacerdotes, quos Epiſcopus allegaverit, uti eos res omnes, quæ ad ceterarum vitæ cultum opus eſſent, docerent. Jam Diaconiſſarum ætatem D. Paulus, ut ſuperius ejus verba demonſtrant, LX annorum definit, vel eo amplius; ut ſcilicet cum annorum maturitate, ac firmitate judicii, virtutes

omnes illas comparatas haberent, quas ibidem ſanctiſſimus Apoſtolus deſcripſit. Sed quum Theodoſii Majoris tempore nonnullas antequam ejus ætatis annum attingerent, inter Diaconiſſas cooptari cœptum eſſet, Imperator ſua lege lib. XXVII, Cod. Theod. tit. 2 ſanxit, ut *nulla, niſi emenſis ſexaginta annis, cui proles votiva domi ſit, ſecundum præceptum Apoſtoli, ad Diaconiſſarum officium transferatur*.

Quondam vero ambigebatur inter viros doctos de Conſecratione harum mulierum: non deerant enim inter eos, qui ita Diaconiſſarum Conſecrationem accipiebant, ut non ſecus, ac ceteri Clerici, ſacris initiari illas, ſortirique omnes ſacramentalis Ordinis effectus, affirmarent. Sententiam eorum tueri videbatur Canon XV Concilii Calcedonenſis, qui conceptis verbis de earum ſollemni Ordinatione loqui autumabant. Quin etiam Conſtitutiones Apoſtolicæ lib. III, cap. 19 eaſdem ſolemni manuum impoſitio-

ſitione ordinari præcipiunt: qui ſacer ritus non niſi in illis ſacris ceremoniis adhiberi ſolet, qui Sacramenti rationem habent. Sed jam viris doctis ſatis exploratum eſt, nonnunquam manuum impoſitione ſolam benedictionem, ſive ſacram precationem declarari: ea certe ratione, qua olim Pœnitentes, poſtquam conciliati jam, ac donati Sacramenti gratia erant, manuum impoſitionem ſuſcipiebant. Igitur Ordinatio illa, juncta etiam cum manuum impoſitione, ſecluſa omni Sacramenti ratione, ſimplicem ſacram Benedictionem ſecum ferebat, qua bene ſuper illos precabatur, ut rite & pure munus ſuum exequerentur. Illam autem manuum impoſitionem, veluti notam quamdam fuiſſe, qua quæ erant inſignitæ, a ceteris laicis certo diſcrimine diſcernerentur, declarat Canon XIX Concilii Nicæni I, ubi ſic habetur: *Similiter autem & de Diaconiſſis, & omnino de omnibus, qui inter Clericos adnumerantur,*

*rantur*, *eadem forma ſervabitur*. *Diaconiſſarum autem meminimus*, *quæ in habitu quidem cenſentur*; *quoniam nec ullam habent manus impoſitionem*, *ut omnino inter laicos ipſæ connumerentur*. Dum vero ab Epiſcopo ſacrabantur, ita ſeſe illæ Deo devovebant, ut caſtitatis, & cælibatus legem ſibi indictam intelligerent; ut ſine piaculo ab eo ſancto propoſito recedere minime poſſent. Adverſus eas Viduas ſcribit D.Paulus, quæ, poſtquam rite inter Diaconiſſas eſſent adlectæ, ad ſecundas nuptias convolabant, eoque nomine eas objurgat; *quia primam fidem irritam fecerunt*. Adnotandum vero hic eſt, ex hac ſanctiſſima Eccleſiæ diſciplina anſam ſubinde accepiſſe Collyridianos, aliosque, perperam quidem contendentes, has Diaconiſſas, & Presbyteras ita inter ſacri Ordinis Miniſtros accenſendas eſſe, ut eis etiam, quemadmodum ceteris Sacerdotibus, ſanctiora auguſtioraque Religionis Myſteria rite per-

 tra-

tractanda conſignari poſſent. Quos proinde, ut perverſe opinantes, Eccleſia e ſocietate Chriſtianorum expellendos cenſuit. Ordo autem Diaconiſſarum exſtitit in Eccleſia ad ſeculum uſque X, aut ſummum XI; poſt quæ tempora penitus ſublatus eſt, manſitque Virginum, & ſanctimonialium inſtitutum, de quibus deinceps diſſerendum.

## §. II.

### *De Virginibus.*

EUſebii Cæſarienſis inſignis eſt locus Hiſt. Eccl. lib. II, cap. 17, ubi vetus Monaſticum inſtitutum deſcribens, ejuſque originem ab ultima uſque memoria is repetens, inquit: *Primo igitur in eo libro, quem de Vita contemplativa, ſeu de Supplicibus Philo ſcripſit, poſtquam nihil a veritate alienum narrationi, quam inſtituiſſet, de ſuo*

*ſuo ſe adtexurum eſſe profeſſus eſt, viros quidem ipſos Therapeutas, feminas vero ſimul cum ipſis verſantes Therapeutrias ait appellari . . . . . Ait igitur Philo cum his viris, de quibus jam diximus, verſari etiam feminas quaſdam: quare plurimæ ad extremam uſque ſenectutem virgines manent.* Quod Philonis dictum, ſi quidem ad primos illos Chriſtianos referri fas erit, ab uſque Chriſtianæ Religionis incunabulis ſacrarum Virginum initia deducere tuto licebit. Sed ne uno Philonis teſtimonio ſtemus, alia inſuper nobis occurrunt ex univerſa antiquitate monumenta, quæ ſane neutiquam de earum antiquitate dubitare nos ſinunt. D. Ignatius, qui Apoſtolorum attigit ætatem, ad Tarſenſes ſic ſcribit: *Eas, quæ ſunt in virginitate, honorate ut ſacras Chriſti.* Cyprianus, qui Martyr occubuit ſub Valeriano, & Gallieno Imp. epiſt. LII inquit: *Floret Eccleſia tot Virginibus coronata, & caſtitas ac*

*pudi-*

*pudicitia tenorem gloria ſuæ ſervat*. Harum autem Virginum duo genera diſtinguenda ſunt. Earum enim aliæ ſeſe Deo conſacrabant, unaque devovebant virginitatem: aliæ autem velamen capitis ſuſcipientes, ſtatuebant ſanctum complecti cœlibatum; tametſi id poſtea re minime præſtarent. Quare Innocentius I, Pont. Max. utraſque ita deſcribit in epiſt. ad Galliæ Epiſcopos: *Virgo velata jam Chriſto, quæ integritatem publico teſtimonio profeſſa, a Sacerdote, prece effuſa, benedictionis velamen accepit . . . . . . Puella, quæ nondum velata eſt, ſed propoſuit ſic manere*. Hanc Virginum conſecrationem apud Græcos Presbyterum etiam peragere fas erat. Latinis contra id vetitum, quum, ut etiamnum uſuvenit, ad ſolos Epiſcopos id munus deferatur: ſancitumque in Carthaginienſi Concilio, ut *Chriſmatis confectio, & puellarum conſecratio a Presbyteris non fiant*. Commodum hic inquirendum, quo ætatis

ætatis anno hujuſmodi ſui conſecrationem Virgines profiteri poſſent. Præfinitum quondam fuerat a Concilio Milevitano II, Can. 26, puellis annus XXV ita: *Si timor ſit, ne non velata moriatur, aut exigentibus parentibus, aut iis, ad quorum curam pertinet, velaverit Virginem, ſeu velavit intra* XXV *annos; non ei obſit Concilium, quod de iſto annorum numero conſtitutum eſt*. Sed quum Concilium illud temporum injuria intercidiſſet, exploratius quidquam de eo annorum numero haberi non poteſt. Apud Gallos autem, anno DVI, in Concilio Agathenſe aliter conſtitutum apparet. Ibi enim legitur: *Sanctimoniales, quantumlibet vita earum, & mores probati ſint, ante annum ætatis ſuæ quadrageſimum non velentur*. Quæ diſciplinæ ratio cum illa Eccleſiæ Romanæ apprime conſentit. In ea enim ex epiſtolis Leonis Magni ad Gallos Epiſcopos conſpicere eſt, vetitum fuiſſe Virginibus ſeſe

Deo

Deo ſacras fieri, ni prius quadrageſimum ætatis annum attigiſſent. Eis autem Virginibus, quæ Chriſto ſe, ſuamque virginitatem devovebant, primis illis temporibus liberum prorſus erat, vel intra Monaſterii clauſtra ſecedere, ibique cum aliis vitam cœnobiticam profiteri; vel etiam paternas domos incolentes, perfectioris quoddam vitæ genus ducere. Eas eleganter admodum, ut alia omnia, deſcribit Gregorius Nazianzenus in Carmine de Virginibus devotis ad Hellenium, ſic:

Αἱ μὲν ὁμηγυρέες ξυνὸν πόθον ἀμφιὲ πᾶσαι,
Οὐρανίου ζωῆς, ἶσα τε μέτρα βίου.
Αἱ δ' ἄρ' ἑοῖς τοκέεσσι παρήμεναι ἀδρανέουσιν,
Ἠὲ κασιγνήτοις μάρτυσι σωφροσύνης. Hoc eſt:

*Aliæ quidem ſimul congregatæ, commune deſiderium foventes,*
*Cæleſtis vitæ, ſimileſque vivendi modos;*
*Aliæ vero ſuis parentibus aſſidentes*

*dentes infirmis*,
*Aut fratribus teſtibus tempe-*
*rantiæ &c.*

In conſecrandis autem Virginibus plures adhibebantur ritus, quos veteres ſcriptores, ſed præſertim D. Hieronymus recenſet in epiſt. VIII. ad Demetriadem. Epiſcopus igitur nonnullas precationes pronunciando, adſtantis Virginis capiti velamen imponebat. Nonnulla deinde ex epiſtolis D. Pauli, & Pſalmo XLIV, atque ex Cantica recitabantur: interea loci pleræque reſponſiones, & geſticulationes, quæ ad id, quod peragebatur, denotandum pertinerent, a miniſtris fieri ſolebant. Virgo autem pretioſa, variiſque diſtincta coloribus veſte induta, ſiſtebat. Qui tamen ornatus poſtea, ut minus chriſtianæ ſimplicitati conveniens, per Carthaginienſem IV Synodum improbatus fuit; ac ſtatutum, ut *Sanctimonialis Virgo, quum ad conſecrationem ſuo Epiſcopo offertur, in talibus veſtibus applicetur, qualibus ſem-*

*per*

*per uſura eſt, profeſſioni*, & *ſanctimoniæ aptis*. In tractatu vero *de Virgine lapſa*, quem pleriſque D. Ambroſio tribuunt, alii ritus recenſentur, ita: *Non es memorata diem ſanctum, diem Dominicæ Reſurrectionis, in quo divino Altari te obtuliſti velandam? In tanto, tamque ſolemni Eccleſiæ Dei conventu, inter lumina illa ſplendida, regni cæleſtis quaſi Regi nuptura proceſſeras. Non es memorata, qualis ad te illo die facta ſit allocutio?* Præterea ex veteri Rituale apud Morinum *de Sacr. Ordin.* alias ceremonias adhibitas novimus, quæ ſic ſe habent: *Deinde publica voce bannum epiſcopalem imponat, ne quis eas a divino ſervitio ſub vexillo caſtitatis impediat*, & *ut bona ſua cum pace* & *quiete poſſideant. Poſt hæc relinquentes puellæ cereos ſtent inclinatæ, uſque dum communicent*, & *Miſſa finitur ſuo ordine: Poſtquam communicarunt, reſervent de ipſa communione uſque in diem octavam*,

*vam, & tunc communicent*. Ex qua poſtrema ſacri ritus parte plures difficultates viris doctis ſubortæ ſunt. Fortaſſe illud denotatum inibi vult, devotas nempe Virgines unitatem & concordiam ſacra illa communione ut ſervarent, moneri: ea ferme ratione, qua olim Presbyteris, poſtquam cum ſuo Epiſcopo rem divinam facere deſierant, quo tempore Sacerdotio initiabantur, ab eodem Epiſcopo Panis conſecratus tradebatur, quo ipſimet per aliquot ſubinde dies communicarent; quod pacis & caritatis Epiſcopum inter, & Clericos ſuos eſſet ſymboli, & teſſeræ loco.

Jam anni tempus, quo Virgines ſeſe Deo devovebant, præfinitum legimus a Gelaſio Pontifice, qui in ſua ad Lucaniæ Epiſcopos epiſtola ita ſcriptum reliquit: *Devotis Deo Virginibus, niſi aut in Epiphaniarum die, aut in Albis Paſchalibus, aut in Apoſtolorum natalitiis, ſacrum velamen Epiſcopi minime imponant, niſi forſitan, ſicut de Baptiſmo*

*ptiſmo dictum eſt, gravi languore correptis, ne ſine hoc munere de ſeculo exeant, implorantibus non negetur.* Atque hic Pontifex primus dicitur, qui ſacrarum Ordinationum certa tempora ſtatuerit. Antea enim ſine ullo temporis diſcrimine, ſive Presbyteri, ſive Virgines, quolibet dominico die initiationem accipiebant. Græci vero primam illam Romanæ Eccleſiæ inſtitutionem conſtanter ſemper retinuere: apud eos enim quivis Clericus, quemadmodum & Virgo, quovis die dominico conſecrari poterat. Conſilium autem Gelaſii Pontificis certum utriſque ſtatuendi tempus, illud fuiſſe credimus, ut ſcilicet, ſicuti illis diebus Epiphaniarum, Alborum Paſchalium, & natalitiorum Apoſtolorum Baptiſmus conferebatur; ita eodem die & Sacerdotes, & Virgines conſecrationem ſuſciperent, qui ſecundus Baptiſmus ab ſacris ſcriptoribus appellari ſolebat.

§. III.

## §. III.

### *De origine, & progreſſu ordinis Monaſtici, & ejus regreſſu.*

COmmodum nunc de origine, & progreſſu Ordinis Monaſtici dicendum eſt. Nam etſi alibi erit eadem hac de re diſputandi locus, nunc ſane res ipſa poſtulat, ut fuſius hic, & diſtinctius origines Monialium, ſimul & Monachorum enarrentur; ut illorum initiis, & incrementis patefactis, quid recti in iiſdem, quid ſecus nunc deprehendatur melius noſcamus. Sanctimonialium origines a ſacris illis Virginibus, Viduiſque, ac Diaconiſſis, quæ pure & caſte vitam ducebant, ut ante a nobis eſt demonſtratum, deduci poſſunt. Quas tamen nonnulli iis Monialibus annumerandas cenſent, quæ *Solitariæ*, ſive *Recluſæ*, ac *Eremitæ* vocaban-

bantur. Verum Cœnobitas, ſive quæ plures ſub uno tecto communem vitam agentes, ſub diſciplina unius Propoſitæ, quam Matrem, & Abbatiſſimam appellabant, ab eo tempore repetere licet, quo Monachi primum prodiere. Jam vero ſatis conſtat, poſt veteres illos Chriſtianos, qui ſeſe in Apoſtolorum diſciplinam & regimen totos dederant, Paulus, Antonius, & Pachomius primi fuerunt, qui circa Ægypti regiones monaſticæ diſciplinæ rationem protulere. Quorum exempla maxima hominum turba ſecuta, alii cellulis incluſi procul ab omni humana conſortione, in vaſtis illis ſolitudinibus ætatem agebant; alii vero una conſociati, unum quemdam virtute præſtantem, quem Abbatem appellabant, ſequebantur: de qua duplici Monachorum inſtitutione menſionem habet Juſtinianus in Novella v, cap. 3. Ex Ægypto per Hilarionem Antonii alumnum Monachorum ſtudia in Paleſtinam, atque

que inde in Pontum, & Armeniam invecta fuere: Pachomiuſque primus fuit, qui Monachos in eremo ſegregem vitam degentes, ſimul congregavit. Subinde vero Baſilius eoſdem intra urbium mœnia compulit, ut horum maxime opera Arianorum fraudes, & errores labefactaret, confirmaretque ſanam doctrinam: de quo ita ſcripſit Socrates lib. IV, cap. 4: *Quum magnopere extimeſceret, ne nova Arianorum doctrina per provincias Ponti ſerperet, ſumma cum celeritate ad eas partes proficiſcitur, ibi Monaſteria conſtruens.* Interea nullum in Occidente monaſtici Ordinis veſtigium, ad Divi Athanaſii uſque tempora. Is enim immanitate exagitatus Arianorum Romam, tanquam ad tutiſſimum ſalutis portum, perrexit; ſecumque, narrante Hieronymo epiſt. ad Principiam, Monachorum diſciplinam, quam in Ægypto profeſſus fuerat, attulit, ac docere inibi magno Chriſtianorum aſſenſu cœpit. Ex urbe autem mirum,

rum , qua celeritate , quo ſtudio per univerſas chriſtiani orbis regiones promanavit . Inde Euſebius Vercellenſis , inde Ambroſius ad illuſtriores Italiæ civitates inſtitutum illud detulere . De Euſebio Ambroſius ſic in ſermone CDVI loquitur : *Illud quam admirabile eſt , quod in hac Sancta Eccleſia Vercellenſi eoſdem Monachos inſtituit , quos Clericos , atque iiſdem penetralibus Sacerdotalia officia contineri !* Ab Ambroſio item informatus Auguſtinus, in Africam cœnobiticam inſtitutionem invexit : qui & Canonicos inſtituit , & pro Monialibus etiam Regulam deſcripſit . Sed Athanaſius Arianorum perfidia in Galliam exul pulſus , ſecus Trevirorum urbis mœnia Monaſterium erexit , in quo cum ſuis Ægyptiacis Monachis degens , regionis ejus Chriſtianos ad novam illam pietatis rationem pertraxit . Hinc Athanaſii exemplum ſecutus Martinus , Monaſterium fundavit : creatuſque Turonenſium Epiſcopus alia ædificavit

Collegia Monachorum, quibus vitæ inſtituta præſcripſit. Celebre, haud longo poſt intervallo, fuit Monaſterium ab Honorato in inſula Lerinenſi conſtructum. Nec longe ab eo tempore exorti ſunt Monachi Maſſilienſes, Vovinianus, Minervius, Leontius, Theodorus, aliique. Ita mirum in modum diffuſa per Gallias Monachorum diſciplina, facili exinde negotio ad Britannos translata eſt, teſte Beda in ſua Hiſtoria lib. III, cap. 8, ſic narrante: *Earcongota filia Eabdali Regis Cantii, Monialis ſanctiſſima, in Monaſterio, quod in Francia conſtructum eſt ab Abbatiſſa Fara, in loco, qui dicitur Brige. Nam eo tempore necdum multis in regione Anglorum Monaſteriis conſtructis, multi de Britannia, monaſticæ converſationis gratia, Francorum, vel Galliarum Monaſteria adire ſolebant; ſed & filias ſuas eiſdem erudiendas, ac ſponſo cæleſti copulendas mittebant.* Sed in Hiſpania nullum ante annum

num

num DLXXV monaſtici inſtituti argumentum. Eo quippe anno Donatus Carthagine cum quibuſdam aſſeclis in eam regionem tranſmiſit, ibique Monachos conſtituit, quibus id præſertim datum negotii, ut late graſſantis jam Arianorum ſectæ pravas opiniones dedocerent, ac tuerentur rectas de Religione ſententias. Serius deinde Bonifacii opera & induſtria Germani Monachorum propoſita didicere. Is enim primus fuit, qui ſeculo VIII Fuldenſe Monaſterium in Japonia ædificavit, legeſque illi ex inſtitutione D. Benedicti dedit.

Sed jam ad D. Benedictum accedamus. Hic VI decurrente Eccleſiæ ſeculo, ſtudia æmulatus Baſilii, adeo in occidentis regionibus Monachorum diſciplinam fovit, propagavitque; ut non modo inſtaurator, ſed potius inſtitutor cœnobiticæ vitæ apud nos vere habitus ſit, & fuerit. Poſtquam enim celebre Caſſinenſe Monaſterium erexit, ex ea ſchola, tanquam ex e-

 quo

quo Trojano, plures non ſolum in ſingulos pene Italiæ urbes, ſed in omnes Occidentis regiones miſit diſcipulos, qui monaſticam profeſſionem docerent. Quo tempore Scholaſtica Benedicti ſoror mulierum etiam curas ſuſcepit: quæ ſane quum Virgines plures una coegiſſet, eas ad cœnobiticæ vitæ rationem inſtituit, ut recte Mater Monialium habita ſit. Præiverat huic ſanctiſſimæ feminæ ſoror D. Antonii, quæ jam pridem in Ægypto Sanctimonialium ab ſe inſtitutarum curam geſſiſſe dicitur. Ita nimirum tam Monachorum, quam Monialium inſtituta per univerſum chriſtianum orbem propagata videre eſt; ut nullum chriſtianæ pietatis paulo ſtudioſam gentem aut nationem facile inveneris, quæ in ſuis urbibus, & regionibus utriuſque monaſticæ vitæ rationem complexa non eſſet.

Poſtquam ſatis multa de origine, & progreſſu inſtituti monaſtici enarravimus; demonſtrandum nunc eſt, quibus exordiis, quibuſque ex

cauſis Sacer hic Ordo in deterius cadere cœperit, fœdamque ſecum traxerit diſciplinæ diſſolutionem. Nimirum, ut fere in humanis rebus uſuvenire cernimus, nunquam res omnes bonas repente corruptio ſequitur; ſed a parvis initiis ſenſim vitiari incipiunt, donec ad interitum, ni opportune occurratur, prolabantur. Quam rerum omnium converſionem, ut in aliis omnibus, ita in Monachis licet animadvertere. Orti enim, & prognati a tam puriſſimis originibus, jam ab uſque v Eccleſiæ ſeculo a ſanctiſſimis illis inſtitutis abire cœperunt: ut Calcedonenſe Concilium ſuo Canone xxııı eos ab urbibus propelli, atque in ſolitudines, unde exorti fuerant, amandari juſſerit; nec ad civitates, niſi ubi per Epiſcopum liceret, unquam commeare, aut accedere. Sed potiſſimam corruptionis cauſam dediſſe creditur nimia divitiarum coacervatio, quam ſibi mirum in modum ex Principum,

& privatorum profuſis largitionibus Monachi compararunt. Ita videlicet opibus auсti, pro illa continentia, & rerum abdicatione, quam principio profiteri prædicabant, faſtum præ ſe ferre, atque humanam inſolentiam cœperunt. De qua re plena ſunt querelarum pientiſſimorum virorum ſcripta. Plurimum etiam obfuit integrioris diſciplinæ conſervationi immanis Monachorum turba, quæ errore quodam hominum, univerſum orbem inundaverat; quum turmatim ad deſumendum ſacrum habitum confluebant, & ſuſcipiebantur ſine ullo delectu. Hinc Concilium Turonenſe III, can. 21; Arelatenſe III, can. 8, Romanique Pontifices ſuis conſtitutionibus, ut late graſſanti illi malo aliqua ratione occurreretur, condigne edixere, ut in unoquoque Monaſterio non ultra Monachi recipiantur, quam quot Collegii bona ſatis eſſent ad eos alendos. Bella inſuper, quæ Caroli Martelli temporibus in Gallia exarſerunt;

ferunt ; item barbarorum incurſiones non parum ad depravandos mores Monachorum contulere. Carolus enim Rex Monaſteria ſæpe militibus ſuis cuſtodienda, ac regenda tradebat: qui in eo cum Monachis contubernio, licentia militari, ſuſque deque omnia habebant, ac præbebant omnia exempla vitiorum: de quo graviter conqueſta Synodus Troslejana, ait: *Nunc autem in Monaſteriis Deo dicatis Monachorum, Canonicorum, & Sanctimonialium, Abbates laici cum ſuis uxoribus, filiis, & filiabus, cum militibus morantur, & canibus.* Labefactarunt denique, ac prorſus inquinarunt cœnobiticam diſciplinam expediones illæ in Paleſtinam, quas *Cruciatas* appellant, quod ſacrum bellum quum indiſcriminatim Monachi etiam ſequerentur, hi, non minus adverſus monaſticum propoſitum, quam adverſus hoſtes bellum gerebant. *Non erat autem mirum* ( ſcribit Bertoldus in ſua Chroni-

 ca

ca ad an. MCDVI ) *quod propoſitum iter ad Hieroſolymam explere non potuerunt , quia non tali humilitate , & devotione , ut deberent , illud iter adorti ſunt : nam & plures apoſtatas in comitatu ſuo habuerunt , qui , abjecto religionis habitu , cum illis militare propoſuerant .*

## §. IV.

### *De Canoniciſſis , & Beguardis .*

Reliquum nunc eſt , ut de Canoniciſſis , deque Beguardis , ſive Beghuinis diſſeramus : quarum devotarum mulierum Ordo , quum non niſi ſequioris ævi temporibus fuiſſet invectus , ut pleraque ejus ætatis multa , denſiſſimis tenebris jacet obvolutus . Nos pauca , quantum in re obſcura licet , delibabimus . Canonica igitur mulier, primis illis Eccleſiæ ſeculis , eadem erat ,

erat, ac Diaconiſſa, ſic ex eo appellata Canone, ſive Regula Eccleſiæ, ſub qua conſtituebatur. Quare Diaconiſſa ex facultatibus Eccleſiæ vitam ſuſtentabat; ſuuſque illis tribuebatur in ea conſiſtendi locus, quo tempore Sacrificium ſolemni ritu peragebatur. Ordo Romanus hæc de illis ait: *Inter Virginem, & feminam; inter Canonicam, & Sanctimonialem*. Conſule eadem de re Juſtiniani Novell. III. Sed in ſequentibus temporibus diſcrimen inter Diaconiſſam, & Canoniciſſam habitum eſt. Mabillonius autem in ſuis ad *Secula Benedictina* præfationibus ſcriptum reliquit, Canoniſſarum primam menſionem habitam anno DCCCXVI, in celebri Aquiſgranæ Concilio, in quo quum de reformandis Monachis, & Monialibus ageretur, his Canoniciſſas ſubrogari fuit conſtitutum, ſicut illis Canonicos, qui Regulares ſunt appellati. Et ſane in Cabilonenſi Concilio, quod ſeculo IX habitum eſt, ſic edicitur:

 *Libuit*

*Libuit namque huic Sacro Conventui, quaſdam admonitiunculas breviter iis Sanctimonialibus ſcribere, quæ ſe Canonicas vocant.* Quare eodem ambæ ordine plerunque a nonnullis deſumebantur. In eo dumtaxat diſcrepabant, quod nullo hæ paupertatis voto obſtrictæ, bona peculiariter poſſidebant; eaque ſuo arbitratu cuivis, cum mortis tempore, tum adhuc in vivis agentes donare poterant. Verum ſicuti poſtea Canonici ab Regulari, in quo antea adnumerabantur, Ordine, ad Ordinem ſecularem demigrarunt; ita etiam, eorum exemplo, a Canoniciſſis uſurpatum comperimus: nec a veri ſimilitudine abeſſe videtur, quod Mireus in Notis ad Canonicas, factum id ſeculo XII, aut XIII ineunte, ſcribit, quo tempore Canonici ſæculare inſtitutum adoptarunt. Hinc Bonifacius VIII, qui anno MCCXCII Pontifex eſt creatus, *Canoniſſas Seculares* eas appellat in *cap.* 43, §. *penult. de elect. in* VI. Additque

Car-

Cardinalis Vitriacus in ſua Occidentis Hiſtoria, potuiſſe illas e Collegio prodeuntes matrimonio copulari, demptis dumtaxat Abſiatiſſa, quæque aliquo in Collegio miniſterio fungerentur, quæ caſtitatis ſacramento obſtringebantur: quod a Franciſco Guicciardino, quum de Belgio in ſua Hiſtoria loquitur, relatum legitur.

Beghuinæ autem, ſive Beghuardæ eædem ac devotæ quædam mulieres erant, quæ vel una coactæ, vel ſeorſim in ſuis privatis ædibus religioſæ vitæ genus ſequebantur. Eas Joannes XXII in *extrav. de relig. dom.* ita recenſet: *In multis mundi partibus plurimæ ſunt mulieres, quæ vulgo Beghuinæ vocatæ, ſegregatæ; quandoque in parentum, aut ſuis, interdum vero in aliis, aut conductis ſibi communibus domibus ſimul habitantes.* Scripſere nonnulli, earum auctorem fuiſſe quemdam Begghe: ſed de eo parum liquet. Illud certo conſtat, ſeculo XIV plures errores, pra-

vaſque opiniones objectas illis fuiſſe, quæ ordine recenſentur in *Clementina Ad noſtram, de hæreticis*, atque in altera *Quum de quibuſdam, de religioſ. dom.* ſub nomine Concilii Viennenſis. At Joannes XXII, quum comperiſſet errores illos ad Beghuinas tantum Germaniæ pertinere, ceteras alias omnes ab ea execratione exemit in ſua *extrav. Recta ratio, de relig. dom.* Ducangius autem prodit, apud Gallos ſublatis Beghuinis, earum loco veniſſe Virgines Tertii Ordinis D. Franciſci. Sed norunt viri docti, aliud Gallorum fuiſſe conſilium, ea omnia tueri, ac mordicus aſſerere, quæ Viennenſe Concilium de Templariis decreverat.

§. V.

## §. V.

### *De Statu Monialium, deque earum voto, ac vitæ ratione.*

HActenus abunde de variis ſacrarum mulierum generibus, earumque origine locuti ſumus: res nunc poſtulare videtur, ut de earum conditione diſſeramus. Sed quum illarum ſolemni profeſſioni Tyrocinium præverti deceat, juvat id ab ſua origine breviter rimari. Concilii Toletani IV ſententia eſt, ab omnibus paſſim uſurpata ſcriptoribus, *Monachum aut paterna devotio, aut propria profeſſio facit. Quidquid horum fuerit, alligatum tenebit. Proinde his ad ordinandum reverti intercludimus, & omnem ad ſeculum interdicimus regreſſum.* Biſaria igitur erat Monachorum profitendi ratio, vel propria ſui profeſſio, vel parentum obla-

oblatio. Quæ parentum oblatio uſque eo oblatum tenebat, ut qui ſemel vel in infantia fuiſſet oblatus, monaſticam poſtmodum ei deſerere profeſſionem minus liceret. Et puellarum idem erat inſtitutum. Quo pertinet illud Synodi Triburienſis apud Ivonem: *Quicumque filiam ſuam, aut neptem, vel parentem ſuam Deo omnipotenti offerre voluerit, licentiam habeat.* Quem morem apud Orientales etiam vim habuiſſe apparet ex epiſtola D. Baſilii ad Amphilochium, ubi ait: *Multas utique infantes, aut parvulas, parentes, & fratres offerunt, & quidam eorum, qui eas cognatione contingunt.* Eamdemque diſciplinam Hieronymus in epiſtola ad Lætam ex Synagogæ inſtitutione deducit. Nihil proinde mirum, ſi Benedictus in Occidente primus Monachorum Pater rem eamdem præſcripſerit in ſua Regula his verbis: *Si quis forte de nobilibus offert filium ſuum Deo in Monaſterio, ſi ipſe puer minori ætate*

*tate eſt , parentes ejus faciant petitionem , & cum oblatione ipſam petitionem , & manum pueri involvant in palla Altaris , & ſic eum offerant* . Etſi autem apud Occidentales idem mos , ac apud Orientales viguerit ; licet tamen diſcrimen , neque leve , inter utroſque dignoſcere . Hos enim nunquam parentum de filiis oblationem ratam habuiſſe legimus , niſi iſti ad annos perveniſſent diſcretionis , ut quæ vitæ ratio ſibi eſſet ineunda , conſenſu approbarent : id quod ex ipſius Baſilii verbis diſcere poſſumus eodem loco : *Firma tamen tunc erit profeſſio virginitatis , ex quo adulta jam ætas eſſe cœperit , & quæ ſolet nuptiis apta deputari ac perfecta* . Occidentales vero contra ſemel in quavis ætate oblatum, ita ad profitendum illud vitæ genus adigebant , ut id ſine piaculo deſerere non poſſet . Valuit hoc ad Cæleſtinum uſque III , qui primus dicitur ſtatuiſſe anno MCXC , *quod pueri quum venerint ad annos*

*nos diſcretionis, ideſt ad* xv *annos, ſi noluerint remanere in clauſtris, licite poſſint ire ad ſeculum, & ad hæreditatem ſuam.*

Nunc pergamus ad Monialium tyrocinium, quod in monaſtica diſciplina plurimum ponderis & vis habere ſolet. Tyrocinium nihil aliud eſt, niſi probatio quædam, quæ de moribus, deque ſincero Novitii propoſito, an puro ſcilicet, conſtantique animo Monachus quis fieri velit, ſuſcipitur. Qua etiam occaſione de eodem periculum facit Monaſterium, ut plane cognoſcat, an ille iis ſit præditus moribus, qui inſtituto monaſtico congruant. De quo genere toto plura poſterioribus temporibus immutata eſſe, & inducta comperimus, quæ antiquitati erant prorſus incognita. Neque enim ambigitur, hujuſmodi tyrocinium ſimul cum ipſo Ordine ortum habuiſſe. Et merito quidem. Par enim æquumque eſt, non antea implicari quem certo vivendi generi, niſi prius experimento

rimento oppido didicerit, an hujuſmodi vitæ rationem complecti tenereque is poſſit. Quocirca D. Baſilius in ſua Regula Monachorum cap. XVIII eas etiam mulieres, quæ intra domeſticos lares ſuam virginitatem Deo devovent, nunquam ad profeſſionem admittendas eſſe cenſuit, niſi *quæ diu examinata, ac probata perſeveravit, & ut admittatur precibus contenderit.* Sozomenus autem de Pachomio Monachorum parente hæc refert: *Si quis cum ipſis habitare cuperet, ut primo omnium gravioribus laboribus ad triennium exerceretur, & ita eorum convictus particeps fieret.* Hinc certe moris fuiſſe Orientalibus colligi poteſt, ut Monachorum tyrocinium trium annorum ſpatio perageretur: quod ab Juſtiniano etiam Imp. confirmatum legimus in Novella V, ubi de Monachis juſſit, *dum triennio toto ita permanſerint, optimos ſemetipſos, & tolerabiles iis Monachis, & Præſuli demonſtrantes, hos monachi-*

*nachicam promereri veſtem*, *atque tonſuram*. Verum ab altero Occidentis Monachorum auctore D. Benedicto aliter factitatum novimus : conſtituit enim, ut tyrocinium omne unius anni curriculo circumſcriberetur. Inter epiſtolas autem Gregorii Magni, xxii eſt lib. viii, ad Fortunatum Epiſcopum Neapolitanum miſſa, quæ monaſticum tyrocinium ad biennium produci vult. Sed Benedicti inſtitutio conſtanter manſit in omnibus fere Occidentis regionib us, ut non amplius, quam unius anni intervallo perageretur. De univerſa autem hac tyrocinii ratione plura diſquiri poſſunt, quo nempe ætatis anno illud Tyrones inirent ; qua veſtium forma induti per id temporis incederent ; ac denique quo tempore hujuſmodi experimentum neceſſario adhiberi ad regulam monaſticam cœptum ſit : quæ omnia ſingillatim delibabimus.

Ac Divus quidem Cæſarius in ſuis monaſticis Regulis cap. xvii, de

de Monialium tyrocinio loquens hæc ait: *Si fieri poteſt, aut difficile, aut nulla unquam in Monaſterio infantula parvula, niſi ab annis ſex, aut ſeptem, quæ jam litteras diſcere, & obedientiæ poſſit obtemperare, ſuſcipiatur.* Divus Baſilius in epiſt. XVIII ad Amphilochium pro monaſtica mulierum profeſſione minimum XVI, aut XVII ætatis annum conſtituit. *Eam* (inquit) *quæ ſupra ſexdecim, aut ſeptemdecim annos nata fuerit, rationiſque compos, oportet in ſacrarum Virginum catalogum referre, ejuſque confeſſionem comprobare.* At vero Eugenius II Pontifex Max. eas tantum definiit poſſe vitam cœnobitam profiteri, *quæ ſint viri potentes.* In viris autem Gregorius Magnus, epiſt. 48, lib. I, ad Antemium Defenſorem Campaniæ, annum XVIII conſtituit: ſicut & Triburienſis Synodus puellas non niſi annos natas XII poſſe monaſtico Sacramento obligari. Paremque etatem requirit Bonifacius

viii *de elect. in 6*, ubi ait: *Nulla Monialis, niſi* xii *annum peregerit, & profeſſa fuerit tacite, vel expreſſe, ad eligendam Abbatiſſam cum aliis admittatur.* Tandem vero Concilium Tridentinum, conciliata ea annorum diſcrepantia, pro viris, ſicut & mulieribus annum xvi præſcripſit, ſuſtulitque exceptiones illas, quæ ætate Innocentii iii vim habebant, an ſcilicet prudentia ſuppleret ætatem. Toto illo tyrocinii tempore certis quibuſdam, ſtatutiſque pietatis operibus vacabant; opem a Deo indeſinenter orantes, quo divino numine afflati, in re maximi momenti, cujuſmodi ſua eſſet cujuſque vocatio, probarent; factoque periculo, alacres deinde iter illud ingrederentur. Nunc temporis vero in Monaſterii penetralibus, ac ſecretiori loco, ſeorſim ab aliis Monachis degunt, ac diſciplinam ſequuntur Præfecti Tyronibus, qui ad omnem virtutis & pietatis rationem erudire eos nunquam deſinit:

nit: qui Præfectus a D. Baſilio in ſua Regula vocatur *Senior Monaſterii*. Veſtitus autem forma, qua tyrones utebantur, alia apud Occidentales, alia apud Orientales fuit. Hi enim nihil veſtem immutabant ab ea, quam e ſeculo geſtabant: eo certe conſilio, ut, ſi a monaſtica profeſſione abhorrerent, liberum omnino eis eſſet, atque integrum, quo vellent, abire; ut ex Juſtiniani Novella, & Baſilii Regula videre eſt. Illi vero eumdem habitum ferebant, qui regulæ cujuſque monaſticæ peculiaris erat; etſi nonnihil ab eo, quem alii devoti Monachi adhibebant, differebat. Verum ex D. Cæſarii Regula minus id conſtanter tenuiſſe cum Monialibus colligimus: de his enim ita ſcribit: *Ei, quæ Deo inſpirante convertitur, non licebit ſtatim habitum religionis aſſumere, niſi antea in multis experimentis fuerit voluntas illius approbata. Sed uni ex ſenioribus tradita, annum integrum in eo, quo venit habitu,* per-

*perſeveret*. Juvat autem hic animadvertere, ante Tridentinum Concilium eum tyrocinii annum, ipſamque ſolemnem profeſſionem minime fuiſſe neceſſariam, ut quis vere Monachum ſe profiteri poſſet. Tametſi enim nec tyrocinium obiiſſet, nec ullam profeſſionem; ſi tamen, ubi in Monaſterium recipiebatur, ſemel habitum ſuſcepiſſet, ſtatim monaſtico Sacramento obſtrictus intelligebatur. Atque hæc tacita erat profeſſio, quæ ex habitus geſtatione oriebatur. Fiebat hoc, quum ſummo quis animi ſtudio, conſtantique propoſito Monachorum inſtitutum complectebatur. Inter quos accenſendi ſunt & illi, qui quo tempore magna morbi vi conflictabantur, Monachorum operiebantur veſte; quumque ab eo convaluiſſent, ſi quidem deſertoribus propoſitam pœnam ſubire nollent, in Monaſterio, quod reliquum ei erat vitæ tempus, cum cœnobiticis degere debebat. Idque ad ſeculum uſque XIV invaluiſſe notat

Ma-

Mabillonius in ſeculis Benedictinis: atque ex eo ortum credendum eſt, ut nonnulli mortis tempore Monachorum veſte indui, cumque ea efferri, humarique poſtulent.

## §. VI.

### *De monaſtica profeſſione, deque votis, & clauſtris Monialium.*

NUllam, ad v uſque ſeculum, præſcriptam invenimus in veteribus Monachis ſolemnis profeſſionis formulam. Qui exacto tyrocinii tempore, ſine trium votorum, hoc eſt, paupertatis, caſtitatis, obedientiæ ſolemni pronunciatione, profitebatur; nihilominus tribus iiſdem votis religione obligatus intelligebatur. Princeps autem qui formulam trium votorum a Monachis profeſſionis tempore, conceptis verbis pronunciandam præſcripſit,

ſcripſit, Divus Benedictus: qui tamen nullam expreſſam voti caſtitatis menſionem habuit, propterea quod tacite in illa continebatur. Qui vero expreſſam, præter alia duo, voti caſtitatis profeſſionem induxerit, primus dicitur D. Franciſcus: ejuſque exemplum ſecuti ceteri vulgo deinde, ac præſertim Carmelitani: inter quos orta quæſtio tum erat, an vere quis cœnobiticæ vitæ cultor dici poſſit, qui conceptis verbis cœlibatum profeſſus non eſſet. At vero Innocentius III in *cap. Quum ad Monaſterium, de ſtatu Monach-* ſic edixit: *Abdicatio proprietatis, & cuſtodia caſtitatis adeo eſt annexa regulæ monachali, ut contra eam nec Summus Pontifex poſſit diſpenſare.* Hujuſmodi autem profeſſio ſolemnis, quæ coram teſtibus edi, ſcriptiſque conſignari ſolet, non ante ſeculum X adhiberi cœpta eſt. Goffredus Vindociniensis, quem per id temporis floruiſſe conſtat, quique ut rem novam illud a-

gno-

gnoſcebat, rationem ab Ivone Carnotenſe accepiſſe refert in epiſt. xxv, ubi ſcribit : *Et ſi qui vellent ab hoc propoſito recedere, teſtimoniis pluribus convincerentur, & tanquam jurati in Chriſti ſacramento tyrones ad propoſitum ſuum reverti cogerentur.* Petrus vero Damianus lib. VI, epiſt. 13 eam ante Aram Templi prius iniri ſolitam, poſtmodum vero ante Monachi cellam iterari, ſcribit. *Recordare* ( inquit ) *venerabilis pater, quia te præſente frater ille, & prius ante ſanctum Altare in Eccleſia, & poſtea ante crucem cellæ, ſub excommunicationis ſe denotavit elogium, ſi noſtri prioratus obedientiam ex induſtria ulterius violaret.*

Quæ hactenus de Monachorum profeſſione, & voto dicta ſunt, facile & ad Monialium profeſſionem referri poſſunt : iiſdem enim fere ritibus, quibus ceteræ aliæ ceremoniæ, peragebatur : niſi quod conſecratio Monialibus inſuper ad-

debatur, quam a profeſsione prorſus diverſam fuiſſe comperimus. Etenim in eodem Monaſterio nonnullæ profeſſæ, at non conſecratæ reperiebantur; aliæ vero profeſſæ, ſimul & conſecratæ. Quidnam ſibi vellet ejuſmodi conſecrationis ratio, quibuſque ritibus fieri conſueverit, ex luculentiſsimo Abelardi monumento diſcimus, qui in ſuis ad Moniales Regulis cap. VIII ſic ſcribit: *Duo velorum genera eſſe volumus, ut alia ſint ſcilicet virginum conſecratarum, alia vero minime. Quæ vero prædictarum ſunt Virginum, crucis ſibi ſignum habeant impreſſum . . . . . . . Et ſicut in conſecratione diſtant a ceteris, ita & hoc habitus ſigno diſtinguantur. Hoc autem ſignum virginalis munditiæ, in ſummitate capitis, candidis expreſſum filis, Virgo geſtabit: & hoc nullatenus, antequam ab Epiſcopo conſecretur, geſtare præſumet.* Divi Antonini ætate raro admodum conſecrationes adhibebantur; ſed nondum penitus

ſubla-

ſublatæ, quum eas ipſe in *Sum. part.* 3, *tit.* 2, *cap.* 2, ut parum uſitatas ſignificet. Sed D. Carolus antiquæ diſciplinæ acerrimus aſſertor, idemque inſtaurator egregius, conſecrationes illas ex oblivione vindicare, atque in ſua Mediolanenſi Eccleſia uſurpare adlaboravit, aitque: *Ubi religioſus iſte, & vetus Moniales ſolemniter velandi mos, his temporibus antiquatus eſt, ad priſtinum uſum, ex veteri inſtituto & ritu, revocetur; dummodo intra Monaſterium id fiat.* Ejus ſacri ritus deſuetudinem ex eo præſertim nonnulli deduxere, quod Bonifacius VIII perpetuam Monialibus indixerit clauſuram, quæ ſola ſatis eſſe videbatur ad Moniales in cælibatu continendas, etiamſi nulla adhiberetur conſecratio..

Quod vero ad clauſtra attinet Monialium, ea a primis temporibus licet repetere. Eorum enim non uno in loco menſionem habet D. Baſilius in ſua Regula: adde

etiam Auguſtinum, & Benedictum. De Sanctimonialibus Tebaidis apud Bollandiſtas ad diem v Non. Maj. in vita Sanctæ Euphraſiæ, hæc leguntur: *Nulla earum januas exibat. Erat autem janitrix, per quam reſponſa omnia fiebant matura.* Sed eaſdem ad majora civitatis Templa adire ſolitas legimus, comitante ipſa Abbatiſſa, ut ibi ſacris intereſſent, obirentque ſanctiora religionis myſteria: nondum enim Sacraria in ſuis Monaſteriis habendi poteſtas facta eis erat, ubi rebus divinis vacarent. Ceterum in publicis Templis locus ſeorſim ab aliis tributus ipſis erat, conſiſtebantque inter laicos, & Clericos, conſtituto ad id eis loco. Denique Bonifacius VIII Moniales omnes intra certos Monaſterii cancellos coegit, extra quos prodire illæ ſine flagitio, graviſſimoque piaculo non poſſent; ita tamen, ut nihil illis nec divini, nec humani juris inibi deeſſet. Conſule cap. *periculoſo, de ſtat. Regul. in 6.*

§.VII.

## §. VII.

*De Monialium piis exercitationibus, & vitæ cultu.*

SEd jam nonnulla de Monialium piis exercitationibus addamus. Solemne prorſus apud cujuſque ordinis Monachos, ſtatis quibuſdam horis, ſacræ pſalmodiæ vacare: conſtanter enim divinas precationes matutino, ac veſpertino tempore, aliaſque, ut vocant, Canonicas horas obibant. Hoc idem inſtitutum tenuiſſe legimus & Moniales; quippe eas ita alloquitur Auguſtinus epiſt. CIX: *Orationibus inſtate horis, & temporibus conſtitutis. In Oratorio nemo aliquid agat, niſi ad quod factum eſt; unde & nomen accepit: ut, ſi aliquæ etiam præter horas conſtitutas orare voluerint, non eis ſint impedimento, quæ ibi aliquid agere voluerint. Pſalmis, & Hymnis quum oratis Deum,*

 *hoc*

*hoc verſetur in corde , quod profertur in ore .* Similia leguntur apud Hieronymum in Epitaphio Paulæ , qui tamen rem paulo diſtinctius enarrans , audiendus porro eſt : *Poſt alleluja* ( inquit ) *cantatum, quo ſigno vocabantur ad collectam, nulli reſidere licitum erat. Mane hora tertia , ſexta , nona , veſpere , noctis medio , per ordinem pſalterium cantabant . Nec licebat cuiquam ſororum ignorare pſalmos , & non de Scripturis ſanctis quotidie aliquid diſcere. Die tantum dominico ad Eccleſiam procedebant , ex cujus habitabant latere . Et unumquodque agmen Matrem propriam ſequebatur : atque inde pariter revertentes, pariter inſtabant operi diſtributo. Excepto victu , & veſtitu, nihil habere quidquam patiebatur.* Sed rerum ſacrarum lectio potiſſima erat utriſque exercitatio . Quin etiam quemadmodum Monachi anagnoſtem audiebant , ita Moniales nunquam menſæ diſcumbebant , ſine aliqua divino-

vinorum librorum lectione. Quem morem a veteribus Græcis, & Latinis accepiſſe videri poſſunt, qui inter cœnandum anagnoſtem adhibebant; modo etiam aliquid aliud acroama, aut res ludicras narrantem audiebant. Quod de veteribus illis narrat Gellius Noct. Attic. lib. III, cap. 19: *Apud cœnam Favorini Philoſophi, quum diſcubitum fuerat, cœptuſque erat apponi cibus, ſervus aſſiſtens menſæ ejus, legere inceptabat aut græcarum aliquid litterarum, aut noſtrarum.* Sed familiaris ipſis fuit illa orandi ratio, quam mentalem vocant. Hanc eamdem primos illos Monachos, immo etiam laicos adhibuiſſe novimus, ſed diverſa omnino ratione, quam quæ ſequiori ævo uſurpari cœpta eſt. Illi enim in cujuſque pſalmi calce paululum moræ facientes, mente revolvebant, ac reputabant ſecum æternas illas veritates, quæ divino Numine dictatas inibi continebantur: ut nihil aliud eſſet ille orandi modus,

quam flagrans commentatio divinarum Scripturarum. At poſterioribus temporibus, præter alias ſacras precationes, plurimum etiam temporis tribuebant illi orationis formæ, qua mente dumtaxat, & ſpiritu in cælum elati, vehementi ardentique ſtudio perveniebant ad ipſum Deum, cui patent occultæ hominum cogitationes, etiamſi ore non proferantur. Hac igitur orandi ratione mens tota verſabatur in meditatione ſanctorum Myſteriorum: nonnunquam etiam tacitis cogitationibus pias quoſdam faciebant de divinis rebus conjecturas. Verum quum mulieribus propter majorem, qua pollent, phantaſiæ vim, hujuſmodi orandi genus præ ceteris eſſet jucundior; innumeras hæ eliciebant conjectiones; eaſque ſacris ſuis rectoribus impartiebant: qui quum plerumque uni eſſent ſophiſticæ Theologiæ addicti, ejus ope plures etiam de ſuo conjecturas addebant. Hinc Theologia Myſtica orta eſt, quæ ulterius progreſ-

ſu,

ſu, exorbitavit a Religionis puritate, errandique anſam dedit Beguardis, aliiſque, quas demum ſuo decreto proſcriptas voluit Viennenſe Concilium. Pertinet ad eadem tempora voluntaria illa ſui corporis vexatio, quum Monachi præſertim, pietatis ergo, flagellis flagriſque ſeſe affligebant. Cujuſmodi mortificatio primis illis Chriſtianis fortaſſe incognita, auctoribus vulgo tribuitur Domino Loricato, & Petro Damiano. Verum hi, ut recte animadvertit Mabillonius in Seculis Benedictinis, propagatores, ſive inſtauratores potius dicendi ſunt; quandoquidem de Guidone Pompoſæ Abbate, qui floruit XI ineunte ſeculo, hoc eſt, longe ante Loricatum, & Damianum, virgis eum conſueviſſe corpus ſuum, ad mortem uſque, cædere legimus. Quam voluntariam ſævitiam, quia nonnulli temere, ac perverſe in ſeipſos exercebant, dicti ſunt Flagellantes, improbatique a multis, ut rem novam proferentes.

Jam vero veteres illos Monachos non inertem deſidemque vitam traduxiſſe ; ſed præter orationem , & precationes , opificia etiam exercuiſſe , quis ignorat ? Nimirum non modo apud Orientales Baſilius, ſed Benedictus quoque manuum opus ſuis vehementer præſcripſit, eo certe conſilio , ut & otii languorem effugerent, & opere victum quæritando , reipublicæ minus eſſent oneris. Haud me latet, quod ex D. Martino nonnulli contra objiciunt, eum ſcilicet opificia Monachis ſuis interdixiſſe, Sulpicio Severo in ejus vita cap. VII ita narrante: *Ars ibi, exceptis Scriptoribus, nulla habebatur*. Sed qui probe eorum temporum rationem noverit, profecto intelliget , quid ſibi illud *exceptis Scriptoribus* ejuſdem auctoris vellet. Ars enim Librariorum , ſive Scriptorum, ſicuti non parvi erat laboris, ita quæſtus erat uberrimi. Itaque officinæ in ſingulis Monaſteriis inſtituebantur, quæ indeſinenter exſcribendis voluminibus inſudabant :

nec

nec quod ad cujuſque ſuum, Collegiique uſum opus erat; ſed quod venale etiam eſſet, manu deſcribebatur. Hinc maximus in Monaſteriis librariorum numerus. Quorum ſane induſtriæ debemus tot veterum ſcripta, peritura certe, barbarorum graſſante feritate, ni Monachi a communi interitu eadem vindicaſſent. Utinam vero tot præſtantiſſima alia monumenta e tempeſtate illa eripere nobis potuiſſent. In quo librarii artificio verſatas etiam fuiſſe Moniales, pluribus demonſtrat Mabillonius in ſuo *De Studiis Monaſticis* tractatu.

Sed de Monialium victu cultuque pauca quædam addere licet. Cibus illis, ſicut & Monachis etiam, rerum fuit vulgarium, nec magno parabilium. Nam quemadmodum in omni corporis cultu aſperam & ærumnoſam vivendi rationem profitebantur; ita ſervile potiſſimum, hoc eſt, humillimum & abjectiſſimum vitæ genus adoptarunt. Itaque quotidianus eorum

rum cibus *paxamatium*, ideſt, panis bis coctus, ut Suidas vult, Latini autem *nauticum* appellant, propterea quod eo nautici veſcebantur: idemque in Codicis Theodoſiani tit. *de re militari*, vocatur *buccellatum*. De eo ita Caſſianus lib. IV, cap. 14: *Præter duo paximatia, quæ tribus vix denariis diſtrahuntur, nihil amplius unuſquiſque præſumit*. Bina ejuſmodi *paximatia* libræ pondo erant: neque amplius eo in ſingulos dies Monacho tradi, jubet Benedictus in ſuis Regulis. Ceterum nemo eſt qui ignoret, libralem panem ſervorum fuiſſe cibum. Utebantur item Monachi pulte, ſive pulmento, ex quo pulmentarium ortum. Quod edulii genus non ex carne, ut falſo nonnulli credidere, conſtabat: ea enim a Monachorum moribus univerſe abhorrebat: ac propterea Cedrenus, ut rem prorſus turpem, & flagitioſam narrat, Romani III Imp. Sorores, inter Sanctimoniales adlectas, carnes deguſtaviſſe. Igitur

Igitur pulmentum hoc apud Monachos conſtabat ex ſiccis leguminibus præſertim, ſine ulla conditione: adhibebantur inſuper olera, ficus aridi, & alia ejuſmodi, quæ xenophagia, & homophagia dicebantur, ut Caſſianus de Monachorum abſtinentia agens lib. IV, cap. 22, ſic ſcribit: *Non enim magno corporis labore fatigatur: quia nec tanta cura inter eos parandorum ciborum, vel coctionis impeditur, quippe qui maxime xenophagiis, & homophagiis utuntur.* Confer, quæſo, eam veterum Monachorum frugalitatem, & temperantiam cum noſtrorum Monachorum, ac etiam Monialium deliciis.

§.VIII.

## §. VIII.

### *De Regia poteſtate in univerſa re Monaſtica.*

QUia vero pertinet ad ſuſceptam hanc diſputationem, quin etiam univerſæ cauſæ fundamentum eſt, ipſam Dotium reformationem Regis auctoritate ſuſcipiendam eſſe; ne quis forte perperam exiſtimet, abhorrere hoc a Chriſtiana Religione, quaſi nefas ſit Chriſtiano Principi hujuſmodi res attrectare; juvat hic demonſtrare, quam bene cum ipſa Chriſtianæ Religionis ratione conveniat, Regem univerſam rem monaſticam, quæ a ſpirituali ſecluſa, temporalis habetur, moderari. Nimirum Rex quum Magiſter ſit, ac Moderator univerſæ Reipublicæ, ejus poteſtati ac legibus ſubeſſe debent quicunque, qua Cives ſunt, in ea Civili Societate, ſive cœtibus continentur,

ſive

ſive ſecus conſiſtunt. Status quippe perſonarum eſt juris publici, atque adeo a Regia auctoritate divelli nullo pacto poteſt. Ita fit, ut Monachi, ſive Monachæ, tametſi quamdam per ſolemnem ſui devotionem, veluti capitis diminutionem patiantur; tamen quia in ea civium univerſitate continentur, partemque efficiunt totius Societatis, nunquam fas eis ſupremæ, ac legitimæ Poteſtatis imperio non acquieſcere; ſed ex ſuperna ordinatione, in iis rebus omnibus, quæ cum Religionis Myſteriis nihil habent commune, illius legibus neceſſario parere, eumdemque præſcribentem audire prorſus conveniat. Hanc regiminis diſpoſitionem, tametſi ex veteri Hebræorum lege ſartam tectam habitam legimus; nemo tamen melius, quam Salvator noſter, idemque Dominus Chriſtus Jeſus expreſſit, ac alumnis ſuis ſervandam ac ſuſpiciendam juſſit, quum omnibus ſuis ſine ullo diſcrimine mandavit, ut æquo animo ſuſciperent Civilis poteſta-

teſtatis juſſa. Hæc ſcilicet fuit Chriſti Domini doctrina; hanc agnoverant ac prædicarunt ſanctiſſimi Apoſtoli: eandem & dictis factiſque conſtanter profeſſi ſunt quotquot deinceps Chriſtianam Religionem vere, atque ex animo, non compendii ſui cauſa, ſecuti ſunt: quorum hic teſtimonia exſcribere minime eſt neceſſarium, quum ubique legentibus occurrant. Sed ex hac ſententia plures licet deducere conſecutiones, quæ rem, qua de agimus, reſpiciunt. Quorum illud primum, ſupremæ ſcilicet Poteſtatis eſſe, quem ſacris monaſticis initiari maxime expediat, decernere: propterea quod, quum quiſque pars ſit civilis ſocietatis, nemo ſuo arbitratu quidquam de ſe conſtituere poteſt, niſi auctoritas acceſſerit ſummi Imperantis, qui univerſam ſocietatem regit ac tuetur: neque enim ſocietas ulla retineri, celebrarique alia ratione poteſt. Id probe noſcens Conſtantinus Magnus Imp., divites quoſcunque in-

ter Clericos minime allegandos eſſe edixit ſua lege vi, *de Epiſc. & Cler. Cod. Theod.* ſed eos dumtaxat cooptandos in ſacrum Ordinem voluit, quibus non *ea eſt opulentia facultatum*, *quæ publicas functiones facillime queant tolerare*. At quem Principem adducimus? Chriſtianum ſcilicet, ac religioſiſſimum, cui potiſſimum quidquid ſplendoris & ornamenti Chriſtianæ Reipublicæ ineſt, acceptum referri debet. Quod Regis jus recte agnoverunt Patres Concilii Aurelianenſis, qui anno dxi ita ſententiam ſuam prodidere: *De ordinationibus Clericorum id obſervandum eſſe decrevimus, ut nullus ſecularium ad Clericatus officium præſumatur, niſi aut cum Regis juſſione, aut cum Judicis voluntate*. Nec pigebit Marculfi, qui ſeculo vi floruit, formulam exhibere, qua Rex deveniendi ad Ordinem Clericorum facultatem tribuebat, quæ ſic ſe habet: *Ille ad noſtram veniens præſentiam, petiit*

*tiit Serenitati noſtræ, ut ei licentiam tribuere deberemus, qualiter comam capitis ſui ad onus Clericatus deponere deberet, & ad Baſilicam illam, aut Monaſterium deſervire. Quod nos, propter nomen Domini, hoc eidem gratanti animo præſtitiſſe cognoſcite. Præcipientes ergo jubemus, ut ſi memoratus ille de capite ſuo bene ingenuus eſſe videtur, & in puletico publico cenſitus non eſt, licentiam habeat comam capitis ſui tonſurare, & ad ſupraſcriptam Baſilicam, aut Monaſterium deſervire.* Sed ne longior, quam par eſt, ſim, idem inſtitutum eſſe ſervandum juſſit Carolus Magnus in ſuis Capitul- lib. 1, cap. 120, ſic: *De liberis hominibus, qui ad ſervitium Dei ſe tradere volunt, ut prius hoc non faciant, quam a nobis licentiam poſtulent. Hoc* ideo, *quia audivimus aliquos ex illis, non tam cauſa devotionis hoc feciſſe, quam pro exercitu, ſeu alia functione regali fugienda. Quoſdam vero cu-*

pidi-

*piditatis cauſa ab iis , qui res illorum concupiſcunt , circumventos audivimus : & hoc fieri ideo prohibemus.*

Ex eodem jure item deſcendit, ad Principem utique pertinere, Cœnobitas omnes imperio regere in iis omnibus, quæ exterioris eſſe diſciplinæ dicuntur. Neque enim alio pacto poterit reipublicæ tranquillitatem & otium conciliare (quod primum eſſe imperantis officium, nemo dubitat) niſi aberrantes civium animos, eorumque, præ nimia bonorum copia, laſcivienſes mores in ordinem redigant, ac compeſcant. Cœnobitas autem ſæpe, non ſecus ac ceteri homines, res contra legum præſcripta moliri ac patrare, non ſine reipublicæ detrimentro & incommodo, quis jure negabit? Sed exemplis propoſitis, quid in his fieri deceat, intelligi melius poſſit. Jubet Theodoſius Major, cujus præclara extant in Chriſtianam Eccleſiam merita, *Quicunque ſub profeſſione Monachi reperiun-*

*periuntur*, *deſerta loca*, *&* *vaſtas ſolitudines ſequi atque habitare*: ut habetur in *lege*. . . *Cod. Theod. de Monachis*. Cujus edicti rationem omnem recenſuit ſubinde generale Concilium Calcedonenſe in v Act. his verbis: *Utentes habitu Monachali*, *Eccleſiaſtica*, *&* *civilia turbant*, *&* *Eccleſias*, *&* *communes perturbant cauſas*, *urbes promiſcue ineuntes*. Sed quoniam ſingula commemorare exempla non vacat, ac eſſet infinitum, ſimilia, & quæ rem fortaſſe propius attingunt; invenies in cunctis deinceps inſequentibus Imperatoribus, ac Juſtiniano præſertim. Ex quo enim ſeculi Principes Chriſtianam Religionem complexi ſunt, nihil majori cura ſibi gerendum rati ſunt, quam res Eccleſiæ non modo patrocinio tueri; ſed auctoritate etiam regere, ac moderari: ob eamque egregie navatam operam eximias laudes a ſanctiſſimis Patribus, Romaniſque Pontificibus retulere. Nam, ut ceteros omittam, quis Caroli Magni

Magni ſtudium, ac religionem merito non laudabit, qui in toto ſuo imperio unam hanc cogitationem præſetuliſſe viſus eſt, ut Eccleſiæ diſciplinam collapſam jam reſtitueret, componeretque Monachorum mores? Cujus illa præclara vox, Patres Aquiſgranenſis Concilii alloquentis in Can. VIII: *Quia bene noſtis ab illo, qui ſolus Rex, & Sacerdos fieri potuit, ita Eccleſiam diſpoſitam eſſe, ut Pontificali auctoritate, & Regali poteſtate gubernetur; ſcriptum eſſe liquido pervidetis, ubi non eſt gubernator, populus corruit; & tanto periculoſius, quanto anima plus eſt pretioſa, quam corpus*. Ordine deinde præſcribuntur, quæ ad Monachorum rectam diſciplinam retinendam duxit neceſſaria. Nam graviſſima indicta pœna, vetat ne quis Epiſcopus, aut Abbas ſimoniace eligatur. Tollit Regularum diverſitatem, quæ in Galliarum regno vigebat; jubetque ut vim ſuam retineat ſolummodo illa D. Bene-

dicti,

dicti, ac D. Columbani. Qui ſacris Monachorum initiari poſſint, præſcribit; tempuſque Profeſſionis præſtituit. Panis, ac vini menſuram ſingulis Monachis, reſque ſingulas, quibus veſci eis liceret, atque ad vitam ſuſtentandam ſatis eſſent, decernit. Vetat denique, ne quis Monachorum quidquam pro efferendis, humandiſque mortuis exigeret.

Sed uſque eo proceſſit pientiſſimorum Regum cura, ac diligentia, ut ad ſartam tuendam ſacram diſciplinam, quoſdam de ſuis mitterent, qui ſingulis annis Monaſteria luſtrarent, inviſerentque, an Regula, quam ſequebantur, ſuam haberet vim; neve mores Monachorum, & inſtituta vivendi aliqua contagione vitiata forent. Hi autem dicebantur *Miſſi Dominici*, quorum non parvam fuiſſe auctoritatem colligimus ex pluribus monumentis. Sic Carolus Magnus in Concilio Moguntino, Can. xx, ita eis mandata dari juſſit: *Similiter quoque ædifi-*

*ædiſicia Monaſteriorum ſupradicti Miſſi, & cum iis Epiſcopi per diverſa loca prævideant, ſi apta ſint, & congruenter ſanctæ profeſſioni compoſita, vel ſi Clauſtrum firmum habeant.* Ad eumdem exemplum Ludovicus in II Concilio Aquiſgranenſi, Can. xv de officio Miſſorum juberi voluit: *Hoc tamen ut non negligatur a Prælatis Congregationum, Miſſis Dominicis committatur, ut Monachi ſecundum traditam a S. Benedicto Regulam, unanimiter regularem vitam in omnibus ſectentur.* Sed luculentius Hincmarus Remenſis apud Flodoardum lib. III Hiſt. cap. 28, Miſſorum poteſtatem, & munera nobis deſcribit, qui Monacho Anſelmo ante Miſſorum Dominicorum adventum hujuſmodi res prævertere nuntiat, *Ut deſcribat omnia, quæ in Monaſterio ſuo, ante ipſius Præſulis ordinationem facta, & collata fuerint, & quæve poſtea: Numerum quoque fratrum, & famulorum iis ſervientium, & ſi qua*

*exinde*

*exinde ſuo tempore diſpenſata fuerint, & in quos uſus, vel per quas perſonas. Et ita veraciter omnia deſcribantur, ut Miſſi Dominici nihil ibi falſum poſſint invenire.*

At vero ſi Princeps Cœnobitarum mores, & inſtituta vivendi non ſemel moderaſſe, reperimus, ejus poteſtatis vi, qua in ſingulos quoſque ſuæ dominationis utitur; quid ni par jus in Monachorum bona facultateſque exercere valeat? ***Si tu vis non eſſe obnoxius Cæſari, noli habere quæ mundi ſunt;*** ajebat D. Hilarius in Matth. cap. XVII. Recte enim intellexerat Vir ſanctiſſimus, quidquid mundanum eſſet ac corporeum, nec ullam, niſi humanæ conditionis rationem haberet, nullo habito, ſive Monachi, ſive Clerici, ſive cujuſvis alterius reſpectu, Regis ſubeſſe moderationi, & tutelæ. Quam juriſdictionis æquam diſpoſitionem, nemo melius, quam Carolus Magnus, Princeps is ſtudio, & munificentia in Eccleſiam oppi-

do

do clariſſimus, deſignavit: qui in ſua Conſtitutione lib. iii, tit. i, cap. 2 hujuſmodi edictionem habet: *Volumus primo, ut neque Abbates, neque Presbyteri, neque Diaconi, neque Subdiaconi, neque quilibet de Clero, de perſonis ſuis ad publica, vel ſecularia judicia trahantur, vel diſtrigantur: ſed a ſuis Epiſcopis judicati juſtitiam faciant. Si autem de poſſeſſionibus, ſive Eccleſiaſticis, ſive ſuis propriis ſuper eos clamor ad Judicem venerit; mittat Judex clamantem cum Miſſo ſuo ad Epiſcopum, ut faciat ei per Advocatum juſtitiam percipere. Si vero aliqua inter eos fuerit orta contentio, quam per ſe pacificare non velint, aut non poſſint; tunc per Advocatum Epiſcopi, qualem juſſerit, ante Comitem veniat, vel Judicem: & ibi ſecundum legem finiatur.* Præcipit igitur Carolus, ut, ſi inter Eccleſiaſticos controverſia oriatur *de poſſeſſionibus, ſive Eccleſiaſticis, ſive ſuis propriis*, quibus complectuntur

 tur

Carolus Magnus, poſtquam optime de Eccleſia univerſa meritus eſt, hujuſmodi regium jus minime dubitavit uſurpare; qui inter mandata, quæ ſingulis annis Miſſis Regis dare conſueverat, illud reponit, *Ut de injuſtis commutationibus, quæ ad Caſas Dei factæ ſunt ſine Regia auctoritate, Miſſi noſtri inquirant. Et ſi mortua manus, vel præceptum Regium ſuper eis interjacet, deſcribantur diligenter, qualiter factæ ſunt.* Apud Piſtaſ. 48. Sed de his ſatis, vel potius nimis multa: nunc rem ipſam perſequamur.

STE-

# STEPHANI PATRITII

## REGII CONSILIARII

## IN SUPREMO REGNI NEAPOLITANI CONSILIO

## *DE RECTA DOTIUM MONASTICARUM RATIONE INEUNDA*

# CONSULTATIO

## CUM ADNOTATIONIBUS

## *J. ANDREÆ SERRAI*

*Presbyteri.*

I. REM privato bono, atque adeo etiam publico ita conducibilem aggredior, ut in ea veluti de ſumma rerum agi videri debeat: de Monaſticarum ſcilicet dotium ratione ad priſtinum

morem reſtituenda Conſultationem inſtituam ; cujus pertractandæ cauſam ſuperioribus jam annis dedit Urbs Lycienſis , quæ hac in re ceteras Provinciæ Civitates comites habuit. Sed utinam tantæ rei aliquando proſperi ſucceſſus dentur; cum tanta jam luce clareſcente , adhuc longum ſtertere ſomnum velimus. Atque id argumenti genus olim , pro noſtri Fori conſuetudine , pertractaveram , earumdem civitatum cauſam agens , quæ meam operam efflagitarunt . Sed rei ipſius magnitudo me monuit , ut idem illud argumentum latino ſermone illuſtrarem . Fit enim neſcio quomodo , ut , quæ latinis monumentis conſignantur , diuturniora eſſe , ac veluti ad ipſam temporum perennitatem pertinere videantur . Ac ſciant poſteri , non defuiſſe apud

nos

nos omni tempore, qui tantum malum e noſtra republica ſublatum concupierint. Primum igitur ad eam rem Principis opem expoſci jus faſque eſſe oſtendam, quippe qui ſacrorum Eccleſiæ Canonum cuſtos, & vindex ſit, tunc maxime, quum ex canonum neglectu nefarius Simone prognatus error in media urbe graſſetur. Deinde vero palam faciam, ſi id mali poſtmodum foras prodire rurſus licuerit, futurum ſane, ut publica, privataque juſtitia, qua nihil antiquius, nihil ſanctius eſſe Principi debet, moribus quaſſata temporum, funditus intereat. Denique præclariſſima quæque exempla, quæ de optima monaſticarum Dotium ratione inſtituenda univerſa pene Europa exhibet, perluſtrare ſatagam; ibidemque futilia recentiorum Do-

ctorum argumenta, ſolido juris humani præſidio, ſincera Patrum doctrina, Eccleſiæque auctoritate, quam nullis inferorum impreſſionibus obnoxiam eſſe, divino imperio decretum eſt, refellere conabor.

II. Jam vero rem ab origine repetam. Lycium ſane urbs, nulli unquam Chriſtianæ pietatis ſtudio ſecunda, plurimis feminarum

(1) *Hanc conſtituendorum Monaſteriorum rationem.* Monaſtici ordinis inſtitutum, ea ferme ratione, qua nunc in univerſa Catholica Eccleſia, rem minime novam eſſe, aut recentem, paulo accuratius demonſtrandum hic eſt, quum non defuerint improbi homines, hodieque etiam non deſint dicaculi complures, qui eam inſtitutionem, ut recens adinventam, atque adeo etiam ſupervacaneam traducere non vereantur. Principio in ipſo Veteri Teſtamento ejuſmodi virorum, mulierumque devotio occurrit, eiſquæ adnumerantur, qui vocabantur Nazareni, & Nazarenæ. *Vir, ſive mulier, quum*

rum Monaſteriis affluit, quæ ditiſſima poſſident latifundia, ut horum reditibus conſtitutus Monialium numerus pro dignitate monaſtica alerentur, dum pro Chriſto Jeſu mundialibus deliciis valedicerent.

III. Hanc conſtituendorum Monaſteriorum rationem (1), qua late patet catholica Fides, ſemper vi-

A 3 guiſ-

*quum fecerint votum, ut ſacrificentur; & ſe voluerint Domino conſecrare;* Numer. cap. 6. Et alio loco in Reg. cap. 2. *Heli autem erat ſenex valde, & audivit omnia, quæ faciebant filii ſui univerſo Iſraeli, & quomodo dormiebant cum mulieribus, quæ obſervabant ad oſtium Tabernaculi.* In hebraica autem dictione has mulieres comperimus fuiſſe appellatas צבאות, *tſabeoth; ideſt*, ut Bernardus Lamyus interpretatus eſt in lib. III de Tabernaculo Moſaico, cap. x, ſect. VIII; *turmatim convenientes, vel militantes, ſive more militum agentes excubias ad oſtium Tabernaculi noctu, diuque.*

guiſſe, palam eſt. Quæ ſane res præter cetera Chriſtianorum beneſacta, omni laude ac prædicatione digna eſt, hujuſmodi Collegia conſti-

*que*. Hujuſmodi autem *Cellas*, ut addit idem Auctor, *in Templo Salomon conſtruxit, in quibus degebant pii Iſraelitæ*. Ita de Anna Prophetiſſa ſcriptum eſt Luc. cap. 2. *Quæ non diſcedebat de Tamplo, jejuniis, & obſecrationibus ſerviens die, ac nocte*. Idemque inſtitutum ſecuti ſunt etiam Eſſeni, & Therapeutæ, de quibus non eſt hic diſſerendi locus. Quod peculiaris vitæ genus exempla præbuiſſe iis, qui poſt legem Evangelicam Cœnobiticum inſtitum complexi ſunt, nemo non videt. Itaque, ut in Actis Apoſtolorum Cap. IV relatum accepimus, quotquot principio Evangelii doctrinam acceperunt, quo diligentius rebus divinis vacarent, rebus omnibus ſuis ſeſe abdicabant, atque Apoſtolos ſectabantur.

Senſim vero hujuſmodi vivendi ratio elangueſcere cœpit, ac paulatim penitus evaneſcere. Quam purioris Chriſtianæ diſciplinæ corruptionem plerique Chriſtianorum minime probantes, ab aliis ſe-

ſtituere, quæ Chriſtianorum pieta tem ferventiorem reddere, inopi familiarum patrimonio ſuppetias ferre, beatamque Urbium conditio-

A 4 nem

ſecedere, ac ſeorſim commorari cœperunt; itaque Apoſtolicam vivendi rationem retinere conati ſunt. Narrat hæc omnia Caſſianus Collat. VIII, cap. 5. Igitur ſicuti in veteri lege, quæ ſeſe Deo devovebant Virgines in Templo morabantur; ſic veteres illæ Chriſtianæ mulieres in ſuis privatis domibus, ſive etiam in Exedris, hoc eſt, Cellis Templo adjacentibus, vitam degebant, ut ſepoſitis ſeculi curis, res cæleſtes diligentius contemplarentur. Hujuſmodi fuiſſe ſacræ illæ Virgines putandæ ſunt, quas ſæpe a Tertuliano, Cypriano, aliiſque commemoratas legimus. Prima autem, quæ vagas illas Chriſtianas ad vitam cœnobiticam traduceret, ſoror Divi Antonii fuit uti ex vita ejuſdem Antonii cap. 29, quæ vulgo D. Athanaſio tribuitur, aperte colligitur.

Sed quo tempore in Oriente geſta hæc ſunt, interim in Occidente nullum Cœnobiticæ vitæ exemplum occurrit. Divum Athanaſium omnium primum mona-

nem efficere valent. Hinc ſacrorum decreta canonum Monaſticas profeſſiones, quo præ rebus aliis auguſtiores facerent, inter res ſacras

naſticæ diſciplinæ inſtitutionem in Occidentem invexiſſe narrat Divus Hieronymus epiſt. ad principiam. *Nulla* (inquit) *eo tempore nobilium feminarum noverat Romæ propoſitum Monachorum, nec audebat, propter rei novitatem, ignominioſum, ut tunc putabatur, & vile in populis nomen aſſumere. Hæc ab Alexandrinis prius Sacerdotibus, Papaque Athanaſio, & poſtea Petro, qui perſecutionem Arianæ hæreſeos declinantes, quaſi ad tutiſſimum communionis ſuæ portum, Romam confugerant, vitam Beati Antonii, adhuc tunc viventis, Monaſteriorumque in Thebaide Pachomii, & Virginum, ac viduarum didicit diſciplinam.*

Donec VI Eccleſiæ ſeculo Benedictus prodiit, qui monaſticæ vitæ inſtaurator, vel potius pater cenſendus eſt. Is enim, quemadmodum jam pridem Baſilius in Oriente, ſic in Occidente non modo collapſam jam Monachorum diſciplinam reparavit, ſed nova inſuper Monaſteria erexit, legeſque, & inſtituta

cras cenſeri declararunt. Sed ipſa Eccleſia ſemper, & ubique velle geſtivit, ut Virginum in ſancta iſthæc loca acceſſus nullius propoſiti



ta ſanctiora preſcripſit; ejuſque inſtitutionis ratio certatim per omnes Europæ regiones complexa eſt. Et quod ad ſacras Virgines attinet, quum in ſua Regula Cap. 19, & 23 diſertis verbis de Sanctimonialibus mentionem faciat, apparet non minorem de iis curam geſſiſſe. Quin etiam Scholaſticam ſororem ſuam illis in Præpoſitam præfecit: quæ quum in inſtituendis ad puriorem monaſticam rationem Virginibus operam ſuam egregie probaſſet, jure Mater Monialium habita eſt. Atque eo ferme tempore, quæ antea Virginum Monaſteriorum Præpoſitæ, & Matres vocabantur, Abbatiſſæ appellari cœptæ ſunt. Ad eam enim ætatem pertinet Inſcriptio olim Capuæ in hortis Monaſterii Divi Bonaventuræ effoſſa, quæ Abbatiſſæ nomen præfert: ſic enim ſe habet:

HIC REQVIESCIT IN SOMNO PACIS
IVSTINA ABBATISSA FVNDATRIX
SANCTI LOCI HVIVS QVAE VIXIT

pretii inditium, ſed gratiæ, & caritatis certum ſoret argumentum; inque ipſo caritatis articulo illud, quod Virgines inter, & Chriſtum Je-

PLVS MINVS ANNOS LXXXV DEPOSITA
SVB DIE KALENDARVM NOVEMBRIVM
IMP. D. N. N. IVSTINO P. P. AVG.
ANN. III.
P. C. EIVSDEM INDICTIONE TERTIA.

In quo nimirum Epitaphio, quum in poſteriori verſu annus indicetur tertius poſt Conſulatum Juſtini Auguſti, conſtat eundem Conſulatum reponi debere ad annum DLXVI, uti recte inſcripſit Cardinalis Baronius ad eundem annum: adverſus quem fruſtra ſuam criticem exercuit Pagius, perperam annum DLXVII pro DLXVI reponens. Ceterum inter alios, quos Benedictus diſciplinæ ſuæ alumnos in diverſas regiones miſit, Placidus fuit, quem in Siciliam veniſſe, ibique novam præceptoris ſui monaſticæ vitæ formam induxiſſe, legimus in Chronica Leonis Marſicani lib. I cap. 3. *Beatum etiam* (inquit ille) *Placidum diſcipulum ſuum Vir Domini Benedictus tunc ad Siciliam miſit, ubi pater ejuſdem Pla-*

Jeſum vinculum intercedit, ubique conſiſteret.

IV. Sed labentibus deinde ſæculis nova ſenſim conſuetudo emerſit; quæ

A 6

*Placidi Tertullus Patricius decem & octo patrimonii ſui Curtes* (ſcilicet, poſſeſſiones, ſive fundos) *Beato Benedicto conceſſerat*. Fatendum quidem nullum aliud hocce allato antiquius monaſticæ diſciplinæ in Sicilia monumentum, quod ego ſciam, extare. Quid igitur? Nulline apud Siculos ante Benedictum Monachi, aut Monachæ fuere? Id quidem minus veriſimile videtur. Mam quum poſt adventum Athanaſii in Italiam, innumerorum quidem piorum virorum ſtudia exarſerint ad cœnobiticæ vitæ rationem profitendam, quidni par ſtudium apud Siculos viguerit, qui Chriſtianæ Religionis ferventiori cultu, jam inde a primis temporibus, inclyti habiti ſunt?
Sed Monaſticæ inſtitutionis in Sicilia illuſtriora habemus apud Gregorium Magnum exempla. Hic Pontifex Maximus, quoniam ejus mater Silvia nomine, ut placet viris doctis, Panormi ortum ſuum habuerat, ſingulari quodammodo cura ſacras ejus Inſulæ res pertractare,

quæ etſi priſcorum temporum ſan-
ctitatis corruptio ſit, quorumdam tamen piorum hominum mentem
la-

ctare, ac Monachorum ſtudia fovere viſus eſt. De eo enim Gregorius Turonenſis ejuſdem ætatis auctor hæc ſcripſit lib. x cap. 1: *Hic de Senatoribus primis ab adoleſcentia devotus Deo, ex rebus propriis ſex in Sicilia Monaſteria congregavit, ſeptimum vero intra Urbis muros inſtituit: quibus tantum delegans terrarum copiam, quanta ad victum quotidianum præbendum ſufficeret; reliqua verum dedit cum omni præſidio domus, ac pauperibus erogavit.* Iis autem ab ſe excitatis Monaſteriis piæ vivendi rationem præſcripſiſſe conjicitur ex iis, quæ habet epiſtola ad Petrum Subdiaconum, quæ eſt 36 indictionis IX, ubi ait: *De Monachis vero, vel Clericis, quæ in eodem Capitulari ſunt, nequaquam exiſtimo modo eſſe novenda.* Capitulare autem illud nihil aliud fuiſſe reor, quam legum ab ſe conſcriptarum volumen, quibus Clerici illi, ac Monachi tenerentur. Sed quoniam ubique fere gentium ejuſdem ſemper ætatis fuerunt virorum Monaſteria, ac mulierum, quæ, ut in ceteris rebus, pietatis
item

labefactavit, ut ſcribere non dubitaverint, quidquid dotis nomine (2) Virgines Monaſteriis dederint, id ex

item ſtudia æmulari geſtiunt; eadem Divi Gregorii tempeſtate plura ſecrarum Virginum Monaſteria in Sicilia extiteruut. Idem quippe Gregorius epiſt. 4 lib. IV, Epiſcopum Panormitanum objurgat, quod minus diligentem, quam debuerat, Sanctimonialium curam geſſerit. *Multa autem* ( inquit ſcribens ad eundem Epiſcopum ) *mala in eodem Monaſterio per Anaſtaſium Medicum audio contigiſſe, qui, ſi quando in Monaſterium Virginum, ſeu ipſe, ſeu alius fuerit ingreſſus, fraternitatem tuam culpa reſpiciat, quæ gregem commiſſum tenet; & cuſtodire diſſimulat*. Hæc de origine, & progreſſu monaſticæ diſciplinæ monuiſſe oportuit; unde facili negotio, contra quam plerique ſenſere, dignoſci poteſt, rem minime eſſe recentem, aut otioſorum hominum commentum, ſed cum ipſo Evangelio fere prognatam, propagatamque in univerſam Eccleſiam, eamque ut conſervatricem, & aſylum purioris chriſtianæ pietatis ſemper fuiſſe.

(2) *Dotis nomine*. Antequam nos ex-

ex juſta honeſtaque cauſa exiſtere : propterea quia ut in carnali conjungio dotes dari jus faſque eſt , ſic & ſpiritualibus connubiis dotes non

expendendum ſuſcipiamus , an quæ nunc temporis , in conſtituendis Dotibus Monialium , ineuntur pactiones , legitimæ reputandæ ſint , operæ pretium eſſe duco cauſas prius depromere , undenam principio ea Dotis conſuetudo manaverit . Ita fit , ut & dilucidius res tota intelligatur , quo ab origine ſua propius repetatur ; & maledicentiſſimorum hominum ora obſtruantur , qui ſanctiſſima Eccleſiæ inſtituta cum quorundam cupidorum Clericorum avaria confundentes , contra ſacras acquiſitiones diris modis oblatrant . Jam veteres illos Chriſtianos Hieroſolymæ , & Alexandriæ promiſcue, & communiter vitam duxiſſe , ſuorumque bonorum , quæ vendebant , pretium apud Apoſtolos deponentes , in commune contuliſſe , luculenter ex Actibus Apoſtolorum cap. IV diſcimus , ubi ſic ſcriptum eſt : *Neque enim quiſquam egens erat inter illos . Quotquot enim poſſeſſores agrorum , aut domorum erant , vendentes afferebant pretia eorum , quæ vendebant , &*

non deeſſe oporteat. Ita depravato hominum ſenſu, vidimus in pleriſque hujus ditionis urbibus, noviſſima quæque corrupti moris deli-

*& ponebant ante pedes Apoſtolorum. Dividebatur autem ſingulis, prout cuique opus erat.* Sed res poſtulat quæ ibi capite v ſequuntur pernoſcere: *Vir autem quidam, nomine Ananias, cum Saphira uxore ſua, vendidit agrum, & fraudavit de pretio agri, conſcia uxore ſua; & afferens partem quamdam, ad pedes Apoſtolorum poſuit. Dixit autem Petrus: Anania, cur tentavit Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui Sancto, & fraudare de pretio agri? Nonne manens tibi manebat, & venumdatum in tua erat poteſtate? Quare poſuiſti in corde tuo hanc rem? Non es mentitus hominibus, ſed Deo.* Ex quibus verbis non obſcure colligitur, liberam omnino Chriſtianis, atque arbitrariam fuiſſe oblationem illam; eamque univerſe inter illos, atque omni ſublato diſcrimine, adhibitam; itaut adminiſtrantibus Diaconis, nihil eſſet meum, neque tuum; ſed ſinguli de communi vitam ſuſtentabant. Quid igitur deliquit Ananias, ſi liberum ei erat, quidquid vel-

liramenta ſectantibus, prædia Monaſteriorum dotium nomine ad tantos excreviſſe proventus, ut cum gravi reipublicæ detrimento, univer-

vellet, Apoſtolis offerre? Deliquit nimirum, quia totum præbere ſimulavit, partem ſibi retinendo: omnis enim ſimulatio vitio non caret: atque adeo aliud agenti, aliud ſimulanti pœna adſcribitur. In eo præterea peccavit, quod deſperavit fore aliquando, ut in aliqua rei difficultate ab Apoſtolis ſubſidia vivendi ſibi ſufficerentur: peccavitque in Spiritum Sanctum: nam illa bonorum communione, ut arctiori vinculo Chriſtiani in caritate viverent, conſtituta, is, qui perverſe de ea judicavit, crimen admiſit in Spiritum ſanctum, cujus eſt munus, homines in benivolentia omni bonorum copia curare.

Verum, quod in ſuperiori adnotatione monuimus, illud vivendi genus non diu manſit apud veteres illos Hieroſolymæ, Alexandriæque Chriſtianos; ſed, ut eſt humanæ naturæ vitium, ſublatis Viris Apoſtolicis, ſtatim frigeſcere cœpit ſtudium illud; ac rebus in deterius ſemper prolabentibus, penitus abiit ſan-

ctior

verſa civium ſocietas, novis vulneribus quotidie appetita, ad interitum jam vergere appareat. Ac ſi nova iſthæc commenta ceteris Regni urbi-

ctior illa communis vitæ uſus. Hinc inſurrexere Ægypti Monachi, qui priſtinam illam diſciplinam reſtaurare vehementer adlaborarunt: quorum inſtitutum quum id potiſſimum habuiſſet, ut vetus Chriſtianorum vivendi forma reviviſceret; omnes illi, qui monaſticam vitam complectebantur, fortunas omnes ſuas Collegio tradebant, non quidem neceſſitate aliqua adacti, ſed pro libero cujuſque arbitratu, ac voluntate. Poterant enimvero aliter de rebus ſuis conſtituere: ſed non conſtituentes, Monaſterio donaſſe intelligebantur, ex tacita quadam conſecutione: quoniam ſcilicet id vitæ genus profitebantur, quod ſecum una trahebat, Monachum exinde omni rerum proprietate ſeſe abdicare, eamque ipſi Collegio transferre. In qua quidem inſtitutione nihil perverſum, aut improbatione dignum jure reperitur. *Plus in hominibus* (ajebat Offredus Abbas Vindocinienſis de D. Benedicti Regula lib. IV epiſt. 49 ad Erveum) *diligimus bono-*

bibus obſuerint, longe majora Lycio urbi damna attulerunt, quæ ægris oculis inſpicit, longe opulentiora Monaſteriis, quam in civium pa-

*noratam paupertatem, quam ſuperbas eorum divitias. Quas ſi habuerint, reſpuendæ non ſunt: habent enim & illæ locum ſuum. Nihil tamen pro faciendis Monachis quærimus: ſed ſi quid oblatum fuerit, quia illud Regula ſuſcipi jubet, ſuſcipimus. Ordo ſiquidem noſter exigit, ut tales ſimus, qui non lucris temporalibus, ſed lucrandis animabus operam demus.*

Sed ex his, quæ hucuſque expoſuimus, nondum ſatis liquet monaſticarum dotium origo. Res proinde poſtulat, ut diutius in ea eruenda immoremur. Tametſi igitur, pro cujuſque arbitratu, voluntaria fuiſſet Monaſterio bonorum oblatio, pauci tamen admodum erant, qui monaſticam vitam ineuntes, ultro fortunas ſuas Collegio non offerrent. Id enimvero fiebat ſingularis cujuſdam pietatis ergo, quam principio Chriſtiani, ſeſe, omniaque ſua Deo devovendo, adhibebant. Procedentibus ſubinde temporibus retroceſſit hujuſmodi Chriſtianorum ſtudium: nam aut nihil, aut parum

patrimoniis prædia eſſe ; qui etſi ſibi vivere videantur, rei tamen publicæ felicitati, & incolumitati oppido vivere intelliguntur.

V.

rum admodum Monaſterio exhibebant. Id ſane queritur Divus Hieronymus ep. VIII ad Demetriadem. *Solent* (inquit) *miſeri parentes, & non plenæ fidei Chriſtiani, deformes, & aliquo membro debiles filias, quia dignos generos non inveniunt, virginitati tradere. Certe qui religioſiores ſibi videntur, parco ſumptu, & qui vix ad alimenta ſufficiat, virginibus dato, omnem cenſum in utroque ſexu ſecularibus liberis largiuntur.* Atque hinc Monachi, dotis nomine, cujuſque bona ad ſe traendi, deque eiſdem paciſcendi occaſionem deſumebant. Quamobrem ſi Chriſtianorum liberalitas in elargiendis Monaſterio bonis ſuis exareſcere unquam cœperit, interim in Monachis mirifice excreverat divitiarum cupiditas. Blandimentis enim aliiſque illecebris, monachatus obtentu, laicorum bona affatim ſibi contrahebant. Quorum ſane improbam habendi aviditatem vehementer exſecrata Eccleſia, longius a Chriſtianorum pectoribus eam amandare nunquam deſtitit. Quare Caroli

V. Quare quiſquis a Deo inditam Principibus poteſtatem probe noverit, haudquaquam miretur, cur nunc Principis opem, magna ur-

roli Magni temporibus gravius conqueſtum eſt Concilium Cabilonenſe Can. VI, & VII: *Imputatur quibuſdam fratribus, eo quod avaritiæ cauſa hominibus perſuadeant, ut abrenuntiantes ſeculo, res ſuas Eccleſiæ conferant. Quod penitus ab omnium mentibus eſt eradicandum. Animarum quippe ſalutem inquirere Sacerdos, non terrena lucra debet: quoniam fideles ad res ſuas dandas non ſunt cogendi, neque circumveniendi: oblatio namque ſpontanea eſſe debet. Conſtituit igitur ſacer Conventus, ut Epiſcopi, ſive Abbates, qui non in fructum animarum, ſed in avaritiam, & turpe lucrum intuentes, quoslibet homines illectos circumveniendo totonderunt, & res eorum tali perſuaſione non ſolum acceperunt, ſed potius ſubripierunt, pœnitentiæ canonicæ, utpote turpis lucri ſectatores, ſubjciantur.*

Sed ut tandem ad propoſitum, unde facta eſt digreſſio, revertamur, inter Monachorum avaritiam, in arripiendis, quotquot haberet, Monachi rebus; ac eorum

urbium comitante multitudine, Lycium depoſcat, ut monaſticarum dotium ratio in integrum reſtituatur. Jam pridem canonum ſanctiones

eorum repugnantiam, qui quidquam retribuere Monaſterio recuſarent, conſuetudo inde orta eſt aliquid offerendi, ubi ſemel vitam monaſticam quis ſuſcepiſſet. Quæ oblatio in ſui exordio voluntaria, neceſſaria ſubinde facta eſt: eoque deventum, ut, per futilem ſtipis ſpeciem, paciſcerentur etiam, monaſterii egeſtatem cauſando. Sed priorem illam oblationis originem, ſi modus adhibeatur, nullo jure improbari poſſe cenſeo. Hanc profecto fuiſſe primam Monachorum acquiſitionum originem, pro certo auſim affirmare; quæ initio & laudabilis fuit, & a chriſtiana temperantia, ac moderatione minime abſona. Si vero illi inſequentibus inde temporibus modum exceſſere, humanæ id naturæ vitio tribuendum, potius quam inſtituto Eccleſiæ, quæ adeo, ex Chriſti præcepto, a divitiarum cupiditate abhorret, ut non niſi egenibus, ac rerum omnium inopia laborantibus præmium, hoc eſt, cæleſtem felicitatem polliceatur.

nes voluerunt, monaſticarum dotium ſtipulationes nefandam Simonis fæcem (3) redolere; quod quidem

(3) *Simonis fæcem redolere*. Sanctimonialium dotationes, quæ aut ante, aut poſt earum ſolemnem profeſſionem Monaſterio coſtituuntur, ſimoniacum errorem ſapere, & auctor noſter affirmat, & ex Theologis pene omnes longis diſputationibus defendunt. Quæ res cujuſmodi ſe habeat, breviter nobis eſt explicanda. Monaſticæ diſciplinæ profeſſio res eſt prorſus ſpiritualis: propterea quod unice ad purum Religionis cultum refertur. Itaque qui illam pecuniæ, aut cujuſvis terrenæ rei ope amplecti voluerit, Simoniæ quidem vitio ſeſe obſtringet, quum rem mere divinam, oblato pretio, nanciſci audeat. Atque hoc non modo lege Eccleſiæ, ſed jure etiam naturali, ac divino vetitum aſſerunt. Quamobrem Eccleſia, quæ magiſtra ſemper fuit veritatis, quaſcunque in monaſtico inſtituto exactiones, pactioneſque, ſolemni ſanctione, ut turpi Simoniæ vitio infectas, damnavit; gravioreſque interminata eſt pœnas, ne ullo deinde tempore, quacunque de cauſa adhiberentur. Prin-

dem per tot ſæcula creditum eſt, præter rabidum hæreticorum genus, qui fortaſſe adhuc ignorant, vel po-

Principio occurrit Canon XIX Concilii Niceni II, quod celebratum eſt anno DCCLXXXVII, in quo ſic habetur: Τοσοῦτον κατενεμήθη τῆς φιλαργυρίας τὸ μῦσος εἰς τοὺς ἡγήτορας τῶν Ἐκκλησιῶν, ὥστε καὶ τινας τῶν λεγομένων εὐλαβῶν ἀνδρῶν τε, καὶ γυναικῶν ἐπιλαθομένοις τὰς ἐντολὰς τοῦ κυρίου ἐξαπατηθῆναι, καὶ διὰ χρυσίου τὰς εἰσδόχας τῶν προσερχομένων τῷ ἱερατικῷ τάγματι, καὶ τῷ μονήρει βίῳ ποίησθαι. Καὶ γίνεται, ὧν ἀρχὴ ἀδόκιμος, καὶ τὸ πᾶν ἀπόβλετον, ὥς φήσιν ὁ μέγας Βασίλειος, οὐδὲ γὰρ θεῷ διὰ μαμονᾶ δουλεύειν ἔξεστιν. Εἴ τις οὖν εὑρεθῇ τοῦτο ποιῶν, εἰ μὲν Ἐπίσκοπος, ἢ ἡγούμενος, ἢ τις τοῦ ἱερατικοῦ, ἢ παυσάσθω, ἢ καθαιρείσθω, κατὰ τὸν δεύτερον κανόνα τῆς ἐν Χαλκηδόνι ἁγίας συνόδου. Εἰ δὲ ἡγουμένη, ἐκδιωχρήστω τοῦ μοναστηρίου, καὶ παραδοθήτω ἐν ἑτέρῳ μοναστηρίῳ πρὸς ὑποταγὴν. *Tanta exſecrabilis avaritiæ labes Eccleſiarum Rectores invaſit, ut nonnulli eorum virorum, ac mulierum, qui pii ac religioſi dicuntur, Domini mandati obliti, fallantur; & eos, qui ad ſacerdotalem ordinem, & vitam monaſticam acce-*

potius ignorare ſimulant, quantum Eccleſia iſtam Simonis peſtem exhorreſcat. Rurſus nemo neſcit, Prin-

*accedunt, pecuniis admittant: & quorum reprobum eſt principium, univerſum quoque rejiciendum eſt, ut ait Magnus Baſilius: neque enim Deo licet, & Mammonæ ſervire. Si quis ergo inventus fuerit hoc facere, qui hoc facit, ſi ſit quidem Epiſcopus, vel Monaſterii Præfectus, vel ex ſacerdotali ordine, vel ceſſet, vel deponatur; ut vult* II *Canon Chalcedonenſis Synodi. Sin autem Monaſterii Præfecta, a Monaſterio extrudatur, & alii Monaſterio tradatur ad ſubjectionem.* Hæc de virorum æque, ac mulierum Monaſteriis conſtituit generalis ille, ac ſanctiſſimus Epiſcoporum Conventus. At Concilium Univerſale XII, quod IV Lateranenſe dicitur, eique præfuit Innocentius III Pontifex Maximus, Sanctimoniales Virgines potiſſimum reſpiciens, ſic decrevit: *Quoniam ſimoniaca labes adeo pleraſque Moniales infecit, ut vix aliquas ſine pretio recipiant in Sorores, paupertatis prætextu volentes hujuſmodi vitium palliare; ne id de cetero fiat, penitus prohibemus; ſtatuentes, ut quæcunque de cete-*

Principis eſſe (4) præceptorum divinorum, & eccleſiaſticorum obſervantiam tueri: ſicut certe Prin-

B cipi

*cetero talem commiſerit pravitatem, tam recipientes, quam recepta, ſive ſit ſubdita, ſive prælata, ſine ſpe reſtitutionis de ſuo Monaſterio expellatur, in locum arctioris regulæ, ad agendam perpetuam pœnitentiam, detrudenda*. Quæ ſanctiſſimæ Eccleſiæ conſtitutiones rem, quam perſequimur, mire confirmant, omniaque recentium doctorum effugia omnino præcludunt.

(4) *Principis eſſe*. Vulgo Theologi, & ſacrorum Canonum interpretes non obſcuri nominis hanc in Regibus agnoſcunt facultatem, poſſe eos in Eccleſiæ patrocinium exercere ſuam Regiam poteſtatem; ut non modo non adverſante, ſed efflagitante etiam ipſa Religionis Chriſtianæ ratione, poſſint aliquando res ſacras tueri. Regis, ajunt, munus eſt Rempublicam recte adminiſtrare; ac populorum, quos regunt, tranquillitati, ac felicitati conſulere. At nec Reſpublica rectam ſui procurationem, nec populus ſuam nanciſcitur pacem, ac felicitatem ni Eccleſiæ ſanctiones rite atque ordine-

cipi a Deo data auctoritas eſt ea omnia decernendi, quæ ut rerum domini exequi unumquemque cogere debent. Hoc ſane Principis proprium eſt. Hinc fit, ut hiſtorica Eccleſiæ monumenta præclariſſima multorum Principum Chriſtianorum exem-

ne ſuam habeant vim. Ex quo enim Eccleſia in Imperio prognata, adultaque eſt, ita utriuſque Poteſtatis leges, inito fœdere, una coaluerunt, ut unius recto ordine perturbato, incommodum continuo, & confuſio ad utramque dimanat. Ita fit, ut Rex, ad Regni incolumitatem procurandam, erga illorum Canonum ſanctiones obedientiam & reverentiam debeat urgere, ac jubere, quæ Reipublicæ, ac Regimini ſint magis accommodatæ. *In hoc Reges* (inquit Auguſtinus contra Creſcon. lib. III, cap. 51) *ſicut eis divinitus præcipitur, Deo ſerviunt, in quantum Reges ſunt, ſi in ſuo Regno bona jubeant, mala prohibeant, non ſolum quæ pertinent ad humanam ſocietatem, verum etiam quæ ad divinam Religionem.* Hinc paſſim rerum ſacrarum

exempla (5) prodant, qui divinarum, & eccleſiaſticarum legum cultum, ſanctitatemque Religionis ab hominum injuria vindicarunt; valdeque illorum ſtudium ad cælum extuliſſe novimus doctiſſimos omnium Eccleſiæ Patres. Hoc igitur



rum ſcriptores Reges vocant ſacrorum Canonum defenſores, ac vindices eccleſiaſticæ Diſciplinæ; cujus officii partes non arbitrarias in illis aſſerunt, ſed prorſus neceſſarias, itaut pro Principatus ratione, proque Regia Majeſtate, omnino debeant in Eccleſiæ regimine ſuum patrocinium præbere.

(5) *Principum Chriſtianorum exempla.* Illuſtria quidem in univerſa ſacra hiſtoria proſtant exempla, ex quibus patet religioſos quoſque Principes ea poteſtate uſos eſſe in bene conſtituendis rebus ſacris. *Ex quo enim Chriſtianam Fidem amplexi ſunt* ( Imperatores ) *res Eccleſiæ ex eorum arbitrio pependere*, ut inquit Socrates Hiſtor. lib. v. Quæ cogitatio & cura adeo propria exiſtimata fuit Regiæ Majeſtatis, ut quotieſcunque Principes

Majeſtatis officium, quidquid pro tutela canonum diſciplinæ agitur, jure factum comprobat, ut radicitus evellatur tanti cauſa ſceleris,

quan-

cipes aut deſides in eo fuerint, aut minus promptam operam præbuerint, eoſdem a Summis Pontificibus non ſine verborum gravitate commonitos legamus.

Poſſem hic innumeros referre Chriſtianos Principes; ſed luculentiſſima exempla nobis exhibent Conſtantinus Magnus, ambo Theodoſii, Juſtinianus, Conſtantinus Pogonatus, Carolus Magnus, ejuſque filius Ludovicus Pius, Carolus Calvus, Divus Ludovicus, aliique, qui nullam aliam rem majori cura, pro ſingulari eorum pietate, ſibi gerendam ſuſcepere, quam collapſam jam Eccleſiæ diſciplinam revocare; ſacros Canones a ſeculi corruptione, & fœdiſſima morum depravatione vindicare: ad idque ab ipſa Principatus ratione ſeſe vocatos arbitrati ſunt. Quorum pientiſſimorum Regum exempla qui ratione voluerit ſectari, bene profecto de univerſa chriſtiana repubblica merebitur. Sed quum de re periculi plena agatur, modus certe eſt adhibendus: certi ſcilicet conſtituendi ſunt fines, quos ſine piaculo

quanta Simonis labes eſt, quam ſemper Evangelii ſanctitas horruit.

VI. Neque contraria conſuetudo (6), quæ in nonnullis Chriſtiano-

 rum

culo tranſgredi nemo poterit: ne, dum alterum ſcopulum fugiamus, in alterum incidamus. Hoc profecto intelligere probe eos velim, qui res prorſus divinas, atque ipſa propemodum Religionis myſteria ſeculi Principibus pertractanda proponunt: quod eſt utique ſummæ perverſitatis, vel potius imperitiæ.

(6) *Neque contraria conſuetudo*. Inſtant plerique, contenduntque, quia jamdiu mos invaluit, dotalia ſubſidia Virgines Monaſterio tribuere; propterea hujuſmodi conſuetudinis jure, nihil Simoniæ vitii poſſe imputari. Quaſi quidquam ſit, quod ſuapte vi malum, poſſit cujuſvis longiſſimi temporis uſu pravitate ſpoliari. Enimvero recta, quæ dicitur, conſuetudo lex eſt, atque ita, ut æque ac lex rectæ rationi debeat eſſe congruens. Ubi vero ea conſuetudo rationi, ac veritati contraria deprehenditur, nemo eam ullo pacto, ſi quidem flagitio vacare velit, ſequi poterit. Præclare Auguſtinus lib. III, de Bapt. cap. 5 contra Donatiſt.: *Qui contempta veritate præſumit con-*

rum Principum ditionibus urendas egerit radices, tantæ labis ſordes eluere quiverit: malum enim, quod hominum conſcientiam fauciat, nec innumerabili annorum ſerie in bonum poterit evadere; nec quod heri pia-

*conſuetudinem ſequi, aut circa fratres invidus eſt, & malignus, quibus veritas revelatur; aut circa Deum ingratus eſt, cujus inſpiratione Eccleſia ejus inſtruitur. .... In Evangelio Dominus, ego, inquit, ſum veritas: non dixit, ego ſum conſuetudo. Itaque veritate manifeſtata, cedat conſuetudo veritati.* Diſputat eo in loco Auguſtinus adverſus Donatiſtas, qui pro ſua de Rebaptizandis hæreticis ſententia, majorum uſum & conſuetudinem ingerebant; velut Agrippinus, qui primus eam in Africa probavit, uſurpavitque; inde Firmilianus, Cyprianus, atque in Orientis Eccleſia Dionyſius Alexandrinus, &, ut pleriſque placet, etiam Baſilius, id reabluendi inſtitutum tenuere. Ad hæc reſpondet Auguſtinus, ſapientiſſimos illos Patres propterea eum morem ſecutos fuiſſe, quia veritas adhuc latens, nondum in lucem per plenarium Con-

piaculum fuit, tranſacto mille annorum ævo, honeſtum fiet. Non inficias ivero, rerum ſenſum in dies immutari, legeſque, donec per manus hominum tranſmeaverint, huic fluctui obnoxias fore; ex quo ve-



Concilium prolata erat. Poſteaquam vero lumen veritatis effulſit, jam conſuetudo, quæ veritati opponebatur, prorſus evanuiſſe oportuit.

Sed quanam fronte eam conſuetudinem quis jure tueri poterit, quam qui ſemel uſurpaverit, Simoniæ crimine ſeſe obſtringet? Olim a quibuſdam pro tradenda Beneficii poſſeſſione, proque juſtis funebribus pecunia exigebatur; prætendebaturque huic nefario emolumento conſuetudinis jus. At Alexander III Pont. Max. eorum fraudem gravioribus verbis, ac minis animadvertit. *Putant autem* (inquit) *plures, ex hoc ſibi licere, quia legem mortis de longa invaluiſſe conſuetudine arbitrantur; non ſatis, quia cupiditate cæcati ſunt, attendentes, quod tanto graviora ſunt crimina, quanto diutius animam infelicem tenuerint alligatam.* Quod ſi dotium monaſticarum conſuetu-

do,

luti e fonte quodam hujuſmodi, ceteræque recentium Doctorum opiniones, & allegationes profluunt. Verum non ſenſus erit inſpiciendus, quem ſæpe vagari, aut oſcitantia, aut præjudicium ſiverit; ſed genuino Eccleſiæ ſenſui ut fiat ſatis, adlaborandum eſt. Jam nefas erit fal-

do, ut ex privilegio Monaſterio tradito, defendere quis voluerit, audiat, quæſo, Nicolaum II, qui ad Igmarum Remenſem ſic contra iſtiuſmodi privilegia ſcribit: *Mala conſuetudo, quæ non minus quam pernicioſa corruptela vitanda eſt, niſi citius radicitus evellatur, in privilegiorum jus ab improbis aſſumitur: & incipiunt prævaricationes, & variæ præſumptiones celerrime non campreſſæ, pro legibus venerari, & privilegiorum more perpetuo celebrari.* Præ ſe ferebat Igmarus jus metropolicum, cujus vi ita in ſubditos ſuos ferre poſſe ſententiam putabat, ut nullum ii allegare poſſent provocationis remedium; idque vetuſtæ conſuetudinis vi ſibi arrogabat. Quam conſuetudinem, tametſi is ſui Epiſcopatus

fallaciis tranſverſum agi (7), quibus rerum fœditas occulitur; nec venenum, quod ſub melle latet, hauriendum eſt; ſed veritatem in Dei honorem ſectari debemus, & erroris falſitatem cane pejus, & angue horrere. Dudum Apoſtolus ad Galatas præclare admonet: *Nolite errare*,



tus jure, eam ſibi, quum ageretur de diſciplinæ ratione, vindicare poterat, nihiloſecius Alexander damnavit, *corruptelam* illam appellando. Quo autem nomine appellaſſet conſuetudinem illam, quæ ſimoniacam fœditatem ſecum trahens, naturalibus, ac divinis ſalvis juribus, defendi non poteſt?

(7) *Fallaciis tranſverſum agi*. Mirum quot fallacias recentiores Theologi, ad occulendum ejuſmodi Simoniaci erroris genus, excogitaverint: quas hic refellendas puto, ne ullum illis relinquatur effugium. Ajunt igitur pecuniam, ſive dotem non pro monaſtico propoſito ſolvendam promitti; ſed qua Virgo ſibi victum in eodem Monaſterio parare poſſit. Itaque ubi quid pro onere illo, quod

*re*, *Deus non irridetur*. Qui vero ea voluerit ſpecie decipi, quam noviſſimi ævi Doctores monaſticis dotibus indiderunt, nuſquam ſimoniacam pravitatem agnoſcet, quoddam veluti eleemoſynæ genus deprehendere ratus, tanto gratius Deo, quanto magis ejus ope Virginis caſtitas

quod neceſſario ſuſcipit Collegium illam alendi, penditur, ſive ipſius Collegii bona ſatis ſint ad alimenta præbenda, ſive ſecus; tunc Simoniam quidem patrari ajunt, non jure naturali ac divino, ſed tantum ex decreto Eccleſiæ, cujus leges, pro varia temporum ratione, mutari variarique poſſunt. Idque eo luculentius patere affirmant, quod non ante Concilium Nicænum II hujuſmodi dotalibus pactionibus Simoniæ vitium adſcribi cœptum eſt. Ita nimirum rem nullo modo ſejungendam, opinionis errore, divellere, ac frangere tentarunt; ut aliud eſſet propoſitum monaſticum, aliud victum ſumere ex bonis Monaſteriorum, quæ propterea Eccleſia in eorum fundatione pro dignitate facultatibus

tas dedicatur. Verum qui Apoſtoli monitum ſectari velit, facile intelliget, dotales hujuſmodi ſtipulationes eleemoſynæ nomen habere non poſſe, quæ numquam eam induit ſpeciem, quam hæ ſtipulationes præſeferunt, quæ plerumque per Fori jurgia tranſmeant, totque adminiculis innitun-



bus dotata eſſe voluit, ut quæ in illis ſeſe Virgines Deo devoverent, ſtudioſius, ac liberius, rejectis rerum terrarum curis, pietatem exercerent. Sed non ita cenſuit Paſchalis I Pontifex Maximus qui æque ſpiritualium, ac ſpiritualibus annexarum rerum venditionem Simoniæ crimine damnavit. Sic enim ejus epiſtolæ verba refert Gratianus in Cauſ. 1, quæſt. 3, cap. 7: *Quiſquis horum alterum* (hoc eſt rem vel mere ſpiritualem, vel quæ ſpiritualibus adhæret) *vendit, ſine quo nec alterum provenit, neutrum invenditum derelinquit.* Jus autem victum ex facultatibus Monaſterii deſumendi, ita eſt cum ipſa ſacra profeſſione copulatum, ut ſegregari ab eo nullo pacto poſſit; ſed unum, idemque

tur, ut ab ipſo eleemoſynæ nomine diſcrepent (8); cujus olim fructus longe uberiores, quam hac noſtra ætate, Chriſtianorum pietas tulit; nunquam tamen ex hac dotium cauſa manarunt.

VII.

ſemper habitum eſt; ea prorſus ratione, qua jus percipiendi fructus cum ipſo eccleſiaſtico Beneficio omnino cohæret. *Sed adhuc objicitur* (ſcribit Gratianus Cauſ. 1, quæſt. 3) *quod, qui ingreſſuri Monaſterium pecunias tribuunt, non propoſitum Religionis, ſed participationem ſtipendiorum Eccleſiæ emunt. Temporalia ergo, non ſpiritualia ementes, nequaquam ſimoniaci habendi ſunt. His itaque reſpondetur: Non ſolum qui ſpiritualia, ſed etiam qui temporalia eis annexa pretio accipiunt, vel tribuunt, ſimoniaci judicantur.* Qui vero ex illa II Nicæna Synodo præſidium ſibi comparant, ac ſi priſcis temporibus hujuſmodi exactiones nunquam ut Simoniacæ fuiſſent notatæ, næ illi vehementer errant. Prioribus enim Eccleſiæ ſeculis oblationes illæ ſive Monachorum, ſive Virginum, voluntariæ prorſus erant, ac propterea, ut ſuperius adnotavimus, nulla

VII. Ad hæc omnia, quæ hactenus oſtendi, Principem nempe canonum errore hominum, & incuria dilabentium vindicem eſſe oportere, illud adjungam, quod Chriſtiani plane Principis ſit, eum re-

nulla ratione ut Simoniacæ reprehendendæ. Poſtea vero, creſcente Monachorum avaritia, adeo illi bona undique per fas, perque nefas, captare cœperunt, ut non dubitaverint in cooptandis Virginibus, ac Monachis, pactiones, ad eorum facultates intercipiendas, inire. Ad quorum cupiditatem coercendam ſuum Canonem XIX promulgavere Nicæni Patres, illos gravioribus pœnis damnando, qui in monaſticam ſodalitatem nonnullos collato ære reciperent.

(8) *Ab ipſo eleemoſynæ nomine diſcrepent*. Nihil dotalibus ſtipulationibus tam eſt contrarium, quam eleemoſynæ nomen. Hæc enim arbitraria prorſus eſt, pendetque ab erogantis voluntate: illæ vero, quia ambo paciſcuntur, obligationem, ac neceſſitatem inferunt. Sed quid ſi Monaſterium inopia rerum laborans, minime par ſit ad alimenta Virginibus præ-

rebus, quæ ſui imperii interſunt, proſpicere. Siquidem non quia Monaſteria, quibus ſacrarum Virginum caſtitas cuſtoditur, ſpiritualis conditionis eſſe dicantur, ideo extra Principis poteſtatem haberi poterunt.

præſtanda? Num quid eleemoſynæ, ac ſubſidii titulo exigere poterit? Equidem, ſi ratione uti velimus, nec hujuſmodi cauſam flagitii turpitudinem abſtergere, itaut aliquid jure peti poſſit, non eſt diffitendum. Quod ut manifeſto appareat, quæſo, paulisper ſanctiſſimæ Matris Eccleſiæ ea de re ſententiam perpendamus. Delatum fuerat ad Gregorium Papam, quaſdam Nolæ Sanctimoniales Ancillas, *victus, veſtituſque penuriam ſuſtinere*. Eorum inopiam Gregorius levare cupiens, num quid dotis, aut ſubſidii cujuſque a Virginibus profeſſuris accipi juſſit? Longe id quidem a ſanctiſſimi Pontificis mente abfuit: ſed mature ad Anthemium Subdiaconum ſcripſit, *ut de præſenti nona Indictione quadraginta in auro eis ſolidos dare deberet: & deinceps ſuccedentibus Indictionibus annuos viginti ſolidos miniſtrare*. Quæ pecu-

runt. Sed hujuſmodi res paulo diligentius excutienda ſunt. Præclare admodum ſcribit Joannes Gerſonius, nos de ſpiritualibus rebus non ſatis recte loqui ſolitos eſſe, naturali quadam noſtri ſermonis egeſtate,

cuniæ quantitas expenſa referretur rationibus Rom. Eccleſiæ, cujus nomine Anthemius fundos Campaniæ Provinciæ adminiſtrabat. Conſtant hæc omnia ex epiſt. XXVI lib. I ejuſdem Gregorii. Porro ſequamur. VIII ineunte ſeculo exorta eſt hæreſis Iconomachorum, qui inter cetera, quæ patrarunt, ſcelera, illud annumeratur, quod univerſa pene Catholicorum Monachorum bona occuparint, uti luculenter ex Can. III ipſius Nicæni Concilii, aliiſque monumentis apparet. Igitur exuta Monaſteria neceſſariis facultatibus, ab iis, qui accedebant ad vitam monaſticam, pecunias exigebant. Si titulus igitur paupertatis & indigentiæ a Simoniæ crimine unquam exemiſſet; nunquam profecto meliori excuſatione uti potuiſſent Monachi illi, qui hæreticorum fraude, amiſſis bonis, aliquid, unde vitam ſuſtentarent, poſtula-

te, mentiſque exiguitate; ideo pleraque mere carnalia velut ſpiritualia habere. Idemque animadvertit, iſtas abſurdas opiniones magnas in Eccleſia Dei concitaſſe turbas. Hoc tanti viri monitum præ ceteris

labant. At enimvero Nicæna Synodus II eodem illo tempore adverſus Iconomachos coacta, ultro rejecit defenſionem illam; nec quidquam pro adoptanda monaſtica diſciplina accipi, tradive paſſa eſt. Quin etiam eo ſceleſtior Simonis, quam Macedonii error ſacris in illis Comitiis habitus: quem enim Macedoniani Æterni Patris ſervum, & creaturam Spiritum Sanctum ſtulte effinxerant; Simoniani eumdem Deo O. M. conſubſtantialem ſibi, veluti vile ſervitium mancipare concupiſcunt. Ita enim Patriarcha Taraſius in præfatione Canonum ejuſdem Nicæni Concilii, cui præfuit, Patres allocutus eſt. *Tolerabilior eſt Macedonii, & eorum, qui circa ipſum ſunt, Spiritus Sancti impugnatorum impia hæreſis: illi enim creaturam, & ſervum Dei, ac Patris Spiritum delire fatentur; iſti ſui ipſius, ut autumant, eum ſervum efficiunt. Omnis*

ris aliis ante oculos obverſari debet, ne præceps judicium noſtrum ruat, dum ſæpe quæ æterna veritas eſt, piaculi inſtar accipiatur. Equidem haud diffiteor, Monaſteria ſpiritualem habere partem; Monia-

*mnis enim dominus, quod habuerit, ſi voluerit, venumdat, ſive ſervum, ſive aliud quid eorum, quæ poſſidet.*

Similia propemodum dici poſſunt de Concilio Lateranenſi Generali XII, cujus tempore Moniales, paupertatem cauſantes, quum *vix aliquas ſine pretio acciperent in Sorores;* Concilium rite pronuntiavit, illum *paupertatis prætextum* non eſſe accipiendum, quoniam Simoniæ vitium ſub eo pallio lateret: quod nullo non graviori ſupplicio ab Eccleſia Dei eſſe amandandum poſtremo ſtatuerunt. Eodem fere tempore Innocentius III Patriarchæ Hieroſolymitano, Apoſtolicæ ſedis legato, datis ad eum litteris, mandavit, ut *Magiſtrum, Fratreſque Militiæ Templi* diligenter moneret, *ne pro alicujus receptione* (in ſuum Ordinem Hieroſolymitanum) *aliquid exigatur, nec etiam ſub prætextu ſubventionis ad exactio-*

nialium vota, & ipſas, quæ Deo dicatæ ſunt, Virgines arctiori quodam vinculo, quam quod ceteris mortalibus ineſt, Monaſteriorum ſpiritum effingere. Sed cuinam, quæſo, tanta ſuperſtitio inceſſit, ut in

*ctionem procedatur hujuſmodi, quum ſuperficies nominis reatum criminis non immutet:* ſic enim ſcribit epiſt. 24, lib. 1 indict. IX. Quid multa? Haud facile poſt VII ſeculum ullum tempus reperies, in quo non extiterint, qui exactiones monaſticas a Simoniæ vitio, ſub paupertatis ac ſubventionis ſpeciem, purgare vehementer non adlaboraverint. Sed nunquam deſtitit Eccleſia, Romanique Pontifices iſtiuſmodi perverſe opinandi, agendique rationem cohibere, eamque ut Simoniacum errorem olentem longius a chriſtiano populo amandare.

Quod ſi nec ea inopia, quæ in præſentia urget, unquam Monaſteria, in capiendis dotationibus alumnorum, ſatis tuta reddidit adverſus Simoniæ crimen; quid de illis dicendum, qui metus cauſa, nequando ampliores Monaſterii copiæ deficiant, novarum dotium acceſſio-

in animum inducat ſuum, robora, muros, ferrum, ac plumbum, quæ conſtruendis Eccleſis adhibentur, inter ſpiritualia adnumerari poſſe? Quod quidem & de fundis, prædiiſque Eccleſiarum eodem modo dicen-

ſionibus Monaſterii divitias exagerant? Doleo equidem in ea minus recta ſententia quoſdam fuiſſe, qui propter ſapientiæ laudem magnum ſibi nomen compararunt. Quid igitur agendum de iis Monaſteriis, quibus admodum anguſta res familiaris? Omnino tenendum decretum Concilii Tridentini, in quo ſapientiſſimi illi Patres poſt diligentem in utramque partem rei inveſtigationem ſeſſ. 25, de Reg. cap. 3 rite ſtatuerunt, ut in Monaſteriis Mulierum *is tantum numerus conſtituatur, ac in poſterum conſervetur, qui vel ex reditibus propriis Monaſteriorum, vel ex conſuetis eleemoſynis commode poſſit ſuſtentari.* Eleemoſynæ autem illæ nihil aliud ſunt, ex Conſtit. VIII Pii V, quam ſtips illa, quam oſtiatim ſorores Ordinum Mendicantium colligere ſolebant: nam dotes, quæ ad certam ſummam, ac ſolemni ſtipulatione determi-

cendum erit. Plane Eccleſiaſtica beneficia ſpiritualem præferunt titulum, commercii, & poteſtatis Principum expertem; ſed fructus, prædiaque, unde colliguntur, temporalis conditionis ſunt, imperioque Principis ſubduntur (9), prout varia

minantur, inter eleemoſynas accenſeri non debent.

(9) *Imperioque Principis ſubduntur.* Divus Optatus Milevitanus contra Parmenianum agens lib. III ſic ait: *Jam tunc meditabatur, contra præceptum Apoſtoli Pauli, Poteſtatibus, & Regibus injuriam facere, pro quibus ſi Apoſtolum audiret, quotidie orare debuerat. Sic enim docet Beatus Apoſtolus: Rogate pro Regibus, & Poteſtatibus, ut quietam & tranquillam vitam cum ipſis agamus. Non enim Reſpublica eſt in Eccleſia, ſed Eccleſia in Republica, ideſt, in Imperio Romano.* Ex qua ſanctiſſimi Viri ſententia illud deſumunt argumentum, cuncta Reipublicæ, atque adeo etiam Eccleſiæ bona Principis imperio ac poteſtati ſubjici, itaut poſſit is eorum ſicuti pra-

ria cujuſque ditionis leges conſtituerunt. Nihil igitur eſſe video, cur quiſquam exiſtimet, Majeſtati Principis nihil juris eſſe poſſe in Monaſticis hujuſmodi dotibus, quæ fundis, prædiiſque conſtant, moderandis. Quiſquis veterum Eccleſiæ Pa-

pravum uſum inibere, ita rectam legitimamque adminiſtrationem procurare. Quod ut probe intelligatur, arripienda lux eſt ex Eccleſiæ eorum temporum hiſtoria, cujus ope integer Optati ſcopus & propoſitum palam fit. Imperator Conſtantinus nonnullas contra Donatiſtas ediderat Conſtitutiones, quibus interdixerat illis ne bona acquirerent; quæque jam eorum Eccleſiæ poſſidebant, abſtulerat. Item Concilium Arelatenſe anno CCCXIV ſua imperiali auctoritate convocaverat; pleraſque res alias geſſerat, quæ quum ad jus ſacrum, ſive eccleſiaſticum pertinerent, vel potius Eccleſiaſticorum negotia complecterentur; clamabat Parmenio Donatiſtarum doctor, non jure ac rite illa a Conſtantino facta eſſe, quum extra ejus poteſtatis fines

Patrum ſententias noverit, probe intelliget, quam longe errent omnes illi, qui aliter ſentiunt: quorum

nes eſſent. Igitur Parmenionis argumenta, & querelas exploſurus Optatus, illud tanquam fundamentum ſtabile, minimeque dubium ſtatuebat, Eccleſiam ſcilicet in Republica, ſive Imperio eſſe fundatam, inque eo propagatam. Ac propterea quum Reſpublica univerſum corpus complectatur, poterat profecto illius Rector, ut civium bono proſpiceret, leges ferre, quibus Eccleſiæ Miniſtri, qui illius corporis pars ſunt, ſive civium Collegium in Imperii univerſitate conſiſtens, tenerentur. Hinc factum eſt, ut ex eo Optati ἀξίωμα conſecutiones plures deducerent, veluti Principis eſſe Sacrorum Canonum vim & executionem tueri; populos, quos regit, adverſus vim Eccleſiaſticorum defendere; habereque ſupremam bonorum etiam Eccleſiæ poteſtatem. Nam quum Princeps ſupremus ſit Imperii Rector, ad eum certe pertinet ſicuti univerſam Rempublicam ſartam tectam ſervare, ita ejus partis, ſive ſacræ Congregationis Miniſtros legibus devincere, eo profecto conſilio,

rum minus rectam opinionem fa-
lice hic plurimis luculentiſſimis te-
ſtimoniis, ni propoſitæ brevitati
ſtu-

ſilio, ne ceteris civibus ſint incommodo, nullumque Reipublicæ inferant detrimentum. Atque hunc eſſe legitimum Optati doctrinæ ſenſum, vel unus Ramos ſatis erit confirmare, adverſus quem nullum partium ſtudium objici poterit. Is enim cap. 42, lib. III ad legem Jul. & Pap. ſic inquit: *Sed Optati ſenſus ſanus ſobriuſque eſt, Rempublicam nempe Romannm non eſſe intra Eccleſiam, ſeu fidelium Congregationem, quin potius hanc eſſe, & contineri in Republica, tanquam partem, ſeu membrum corporis illius Reipublicæ, & Imperii, a quo Chriſtus fideles non ſegregaverat*. Huc etiam pertinet celebris ille D. Auguſtini Tract. VI ad cap. I Joan. locus, in quo vanas Donatiſtarum eadem de illa re querimonias refellit, ſuoque teſtimonio Divi Optati ſententiam comprobat. *Quo jure* (inquit) *defendis villas eccleſiæ, divino, an humano? Divinum jus in Scripturis habemus; humanum jus in legibus Regum. Unde quiſquis poſſidet, quod poſſidet? Nonne jure humano? Nam jure di-*

ſtuderem, poſſem refellere. Plane de beneficiorum, & Eccleſiarum poſſeſſione, quæ quid facti putantur, de-

*divino Domini eſt terra, & plenitudo ejus: pauperes, & dives Deus de uno limo fecit. Jure tamen humano dicitur: Hæc villa mea eſt, hæc domus mea, hic ſervus meus eſt. Jura autem humana jura Imperatorum ſunt. Quare? Quia ipſa jura humana per Imperatores, & Reges ſeculi Deus diſtribuit generi humano. Tolle jura Imperatorum, & quis audet dicere: Mea eſt illa villa, aut meus eſt ille ſervus, aut domus hæc mea eſt?*

Nec deſunt clariſſima exempla in ſacra hiſtoria, ex quibus apparet, Principes illud univerſe in ſuorum populorum, cujuſvis ſit ordinis, bona dominium & poteſtatem exercuiſſe. Unam ſatis erit Valentiniani, Valentis, & Gratiani legem commemorare, ad tit. de Epiſcopis, Eccleſiis, & Clericis in Cod. Theodoſ. quæ Eccleſiaſticos vetat Viduarum, & Diaconiſſarum bona acquirere poſſe. Cujus legis inſcriptio ſic ſe habet: *Valentiniani Senioris Conſtitutio ad Damaſum Epiſc. V. R. lecta in Eccleſiis urbis Ro-*

deciſiones ex judicum ſæcularium audientia prodeunt; eademque ratione de controverſiis judicia feruntur,



*Romæ*. Nihil opus eſt diu in ejus Conſtitutionis explicatione immorari: ſatius erit Sanctorum Hieronymi, & Ambroſii huc affere eadem de illa lege ſententias, quæ quam appoſite rem conficiant, nemo non videt. Ille igitur epiſt. 2 ad Nepotianum de vit. & honeſt. Cleric. ſic ſcribit: *Pudet dicere: Sacerdotes idolorum, mimi, & aurigæ, & ſcorta hereditates capiunt: ſolis Clericis, ac Monachis hac lege prohibetur: & non prohibetur a perſecutoribus, ſed a Principibus Chriſtianis. Nec de lege conqueror, ſed doleo cur meruerimus hanc legem. Cauterium bonum eſt; ſed quo mihi vulnus, ut indigeam cauterio? Provida ſeveraque legis cautio: & tamen nec ſic refrenatur avaritia. Per fideicommiſſa legibus illudimus: & quaſi majora ſint Imperatorum ſcita, quam Chriſti, leges timemus, Evangelia contemnimus. Sit heres, ſed mater filiorum, ideſt, gregis ſui, Eccleſia, quæ illos genuit, nutrivit, & pavit. Quid nos inſerimus inter matrem, & liberos?* Ex quibus apparet Hieronymum mini-

tur, quæ in monaſticis dotibus exoriuntur, de pactis conventis inſtrumento adjunctis; cujus rei cauſa hu-

minime legis illius ſeveritatem improbaſſe, quæ Eccleſiaſticorum avaritiæ modum ſtatuebat; quin etiam illos legis vim per fideicommiſſa eludere tentaſſe queritur, ea prorſus ratione, qua olim orbi cælibeſque legem Juliam, & Papiam eludebant. In eamdem ſententiam loquitur & Ambroſius in lib. II contra Relationem Symmachi. *Contra nobis* (ait) *etiam privatæ ſucceſſionis emolumenta recentibus legibus denegantur, & nemo conqueritur. Non enim putamus injuriam, quia diſpendium non dolemus. Scribuntur teſtamenta templorum miniſtris, nullus excipitur profanus, nullus ultimæ conditionis, nullus prodigus verecundiæ: ſoli ex omnibus Clerico commune jus clauditur: nulla legata, vel gravium viduarum, nulla donatio. Et ubi in moribus culpa non deprehenditur, tamen officio multa præſcribitur. Quod Sacerdotibus prophanis legaverit chriſtiana vidua, valet; quod miniſtris Dei, non valet. Quod ego non ut querar, ſed ut ſciant quid non querar, comprehendi.*

hujuſmodi dotes, non ſecus ac ceteræ res profanæ, in ſtipulationem veniunt (10). Sed de his hactenus:

 jam

(10) *In ſtipulationem veniunt*. Regum jus & auctoritas in bonis ſubditorum id potiſſimum propoſitum habet, modos nempe præſcribere dominium rerum per contractus acquirendi, quibuſque contractuum generibus bonorum poſſeſſionem transferri, retineri, amittive poſſe ſtatuere; definire quo pacto civium quiſque recte rebus uti poſſit; certam commerciorum rationem decernere; rebus certum pretium & æſtimationem attribuere: ad ſummam, contractus omnes, qui inter cives ineuntur, æquabili jure moderari: idque ad jura Majeſtatis, ut vocant, pertinet. Sed præterea id juris merito ſibi vindicant Reges, ex bonis nimirum privatorum partem, tributi, ſive vectigalis nomine, ſibi adſciſcere, quo videlicet reipublicæ commodis, ſuiſque rationibus conſulant. Sed rem, quam agimus, luculenter illuſtrari arbitror, ſi Senecæ verba lib. VII de Benef. cap. 4 hic excribamus. *Jure civili* (inquit) *omnia Regis ſunt: & tamen illa, quorum ad Regem pertinet univerſa poſſeſſio, in ſingulos*

jam cetera, quæ mihi propoſita ſunt, paulo majora, vel certe non minora perſequamur.

VIII.

*gulos dominos deſcripta ſunt, & unaquæque res habet poſſeſſorem ſuum. Itaque dare Regi & domum, & mancipium, & pecuniam poſſumus: nec donare illi de ſuo dicimus. Ad Reges enim poteſtas omnium pertinet, ad ſingulos proprietas. Fines Athenienſium, aut Campanorum vocamus, quos deinde inter ſe vicini privata terminatione diſtinguunt: & totus ager hujus, aut illius Reipublicæ eſt; pars deinde ſuo domino quæque cenſetur. Ideoque donare agros noſtros Reipublicæ poſſumus, quamvis illius eſſe dicantur: quia aliter illius ſunt, aliter mei.* Quo loco videſis jure optimo, privatorum dominium inter, & illud, quod Regibus ineſt in cunctis ſubditorum bonis, diſcrimen conſtitui.

At ne hæc, veluti a profano Philoſopho prolata, minus eſſe attendenda quis exiſtimet, audiendus omnino eſt D. Ambroſius, qui Marcellinæ ſorori, epiſt. XXXIII, an. CCCLXXXVII ſic ſcribit: *Convenior ipſe a Comitibus, & Tribunis, ut Baſilicæ fieret matura traditio, dicentibus Imperatorem jure ſuo uti, eo quod in poteſta-* *te*

VIII. Nunc igitur demonſtrandum aggredimur, præſentem monaſticarum dotium conſtitutionem pu-



*te ejus eſſent omnia. Reſpondi, ſi a me peteret, quod meum eſſet, ideſt, fundum meum, argentum meum, jus hujuſmodi meum, me non refragaturum; quamvis omnia, quæ mea ſunt, eſſent pauperum: verum ea, quæ divina ſunt, imperatoriæ poteſtati non eſſe ſubjecta. Si patrimonium petitur, invadite; ſi corpus, occurcurram. Vultis in vincula rapere? Vultis in mortem? Voluptati eſt mihi. Non ea me vallabo circumfuſione populorum, nec altaria tenebo vitam obſecrans: ſed pro altaribus gratior immolabor.* Tanti viri teſtimonium plurimi valere arbitror ad oſtendendam, quidquid Eccleſiæ temporaneum, ac terrenum adhæret, Regis ſubeſſe poteſtati, ab eoque res dumtaxat divinas immunes eſſe. Quod ut planius appareat, qua occaſione ſanctiſſimus Eccleſiæ Doctor res divinas a temporalibus ſejunxerit, ejus rei hiſtoria perſtringenda hic eſt. A Valentiniano II Imp. exoraverat Auxentius Mediolanenſium Epiſcopus, ut Arianis hæreticis, quorum errores ipſe propugnabat, Baſi-

blicæ, privatæque juſtitiæ plurimum officere. Siquidem ratio hujuſmodi dotium ita comparata eſt, ut ab iis omnibus, qui Virgines Mo-
tot

licæ, ſive Templa intra eam urbem attribuerentur. Reſtitit acriter Ambroſius. Contra Tribuni, qui cum imperialibus mandatis miſſi Mediolanum erant, Ambroſio, penes Imperatorem in terris eſſe rerum omnium arbitrium, ex divina providentia, & ſancta ordinatione, inſtabant. Quorum argumentum ut refelleret Ambroſius, recte in Imperio, ſive in Republica, ac proinde etiam in Eccleſia, duo rerum genera eſſe ſtatuit, divinarum nempe, & temporalium; quorum hæc Imperatoris utique ſubeſſe poteſtati, nequaquam vero illa. Adjecitque: *Tributum Cæſaris eſt, non negatur: Eccleſia Dei eſt*.

Sed juvat alterum Chryſoſtomi teſtimonium excribere, ex quo hanc Principis auctoritatem in bonis etiam Eccleſiæ, inque Eccleſiaſticorum contractibus manifeſto licet dignoſcere. Seditionem conciverat Antiochenus populus, propterea quod novum tributum eis ab Theodoſio imperatum erat, quod minime ferendum

naſteriis tradunt, ſic adſignentur, quaſi patrimoniales fundi, quos tot hominum pietas reliquit, utique deeſſent. Hæ ſane dotes aut

C 4 poſ-

dum putabatur. Quo facto quum gravius Imperatoris ira exarſiſſet, ea occaſione plures Chryſoſtomus habuit ad populum Antiochenum orationes, ut & Imperatoris aliqua ratione leniret indignationem, & populum ad ſaniorem mentem revocaret. Sed oratione XVI, quam coram Præfecto ejus urbis pronunciavit, illud præſertim demonſtrandum ſuſcipiſſe videtur, poſſe Imperatorem univerſe tributa indicere; eodemque loco de poteſtate, quam Reges habent ſuper bonis, & contractibus cunctorum civium, copioſe diſputavit: atque inter alia hæc ait: *Lex eſt Regia. Qui tulit ipſam, & ipſius rationem novit: niſi fuiſſet utile, non prohibuiſſet. Reges ferunt leges, nec omnes ſæpe utiliter: homines enim ſunt: nec, ſicuti Deus, utile poſſunt invenire. Verumtamen paremus, ſive uxores ducamus, ſive teſtamenta condamus, ſive ſervi nobis emendi ſint, ſive domus, ſive agri, ſive quodlibet aliud faciendum. Non ex propria facimus hac ſententia; ſed quando-*

*cum-*

poſſeſſionibus, aut numerata pecunia conſtitui ſolent, perpetuo adjecto titulo, ut citra reverſionis legem, quamvis profeſſa jam Virgo propediem ad Cælum evolaſſet, Monaſterio adhæreant. Præterea dotes

*cumque juſſerint illi: nec ut res noſtræ pro ſententia noſtra diſponantur, penitus domini ſumus; ſed illorum ubique ſententiis ſervimus. Et ſi quid, præter quam quod illis videtur, faciamus, invalidum, & inutile videtur.*

Neque vero quiſquam nobis nimium pertinax objiciat, nullam Reges habere poſſe poteſtatem in iis facultatibus, quæ Eccleſiæ traditæ jam ſunt. Hujuſmodi enim bonorum conſecrationem, ſive *amortizationem*, ut appellant, nullam rebus temporalibus parere mutationem, aut earum naturam quidquam afficere palam eſt: nec, ſi ſemel ad Eccleſiam conferuntur, eæ propterea a ſuprema Principis auctoritate immunes continuo cenſendæ ſunt. Exemplo nobis eſſe poteſt chriſtianorum Matrimonium. Hoc enim, tametſi Sacramenti dignitas jure novo tributa ei eſt; haud tamen idcirco quid-

tes antehac moderatiores quodammodo erant; nunc vero in immenſum excreverunt : & tamen minime exæquari poterunt extraordinariis ſumptibus (11), quas in Monaſterii ingreſſione, & ſollemni pro-

C 5 feſ-

quidquam naturam civilis contractus amittit: ſed ea ex parte, æque ac ceteri civium contractus, Principis imperio eſt obnoxium. Recte D. Thomas libro adverſus gentes cap. 78, de matrimonio agens ait : *In quantum igitur ordinatur ad bonum naturæ, quod eſt perpetuitas ſpeciei, dirigitur in finem a natura inclinante in hunc finem; & ſic dicitur eſſe naturæ officium : in quantum vero ordinatur ad bonum politicum, ſubjacet ordinationi legis civilis: in quantum igitur ad bonum Eccleſiæ ordinatur, oportet quod ſubjiciat regimini eccleſiaſtico.*

(11) *Extraordinariis ſumptibus*. Videre eſt in illo die, quo Virgo aut clauſtra Monaſterii intrat, aut ſolemni ritu ſe ſuamque virginitatem Deo devovet, magnificos apparatus, quot nempe effrenis hominum libido unquam excogitavit. Illic & auri, & gemmarum, & marga-

rita-

feſſionis die, inque muniis ineundis, totque aliis rebus profundi palam eſt. Et quidem in Lycio urbe tenue admodum Monaſterium pro dote Virginis, at pro impenſis, quæ extra ordinem, ſed certo fiunt, plus mille aureorum efflagitat, præter annua alimenta, quæ quadam ſumma conſtituta Monialibus præſtantur; quum tamen qui dotem dederint, numquam in ſpem venire queant fore, ut aliquando fundi, qui ægris oculis ab patrimonio divulſerint, non ſine totius fa-

ritarum ſumma vis; illic veſtium lautitia, & epularum magnificentia ad inſaniam uſque. Nec deſunt ornatiſſimi muſici concentus, aliaque ſpectacula apparatiſſima, quæ undique procacem mundi faſtum ſpirant. Scilicet & quondam Ethnicos, quo die Sacerdotio initiabantur., lauta, & magnifica veſte uſos legimus, quos ſatis eleganter Prudentius Imno IX de ſupplicio Romani Martyris ſic deſcribit:

*Sum-*

familiæ detrimento, in domum, unde abierant, revertantur; poſtquam ipſa Monaſteria alendæ Virginis, jam demortuæ, onus evaſerint. Sic nimirum latifundia innumera in una Reipublicæ parte occluſo alveo ſtagnant. Cum ita res ſe habeat, privatam juſtitiam peſſum ire, nemo non videt. Quid enim eſt privata juſtitia, niſi illud jus, quod ex communi utilitate nobis quæſitum eſt, aſſequendi quod nobis debetur? Atqui id non modo nobis debetur, quod ex con-

C 6 tra-

*Summus Sacerdos nempe ſub terram ſcrobe*
*Arcta in profundum conſecrandus mergitur,*
*Mire infulatus, feſta vittis tempora*
*Nectens, corona tum repexus aurea,*
*Cinctu Gabino ſericam fultus togam.*
*Tabulis ſuperne ſtrata texunt pulpita*, & cet.

At Concilium Carthagienſe IV, Can IX jam

tractibus oritur, quos cum privatis inierimus, ut quotidie in foro actiones perſtrepunt; ſed etiam quod nobis acquiritur ex contractibus, qui nos inter, & Civitatem, in qua vivimus, interceſſerint. Hi præ ceteris ſunt legum publicarum fructus, qui vi publicarum obligationum nobis debentur. Quare mortalium quiſque, ſive indigena, ſive incola apud nos fuerit, dicere jure merito poterit: Nihil debeo pro meæ filiæ profeſſione Monaſterio ſolvere; quia me legum cano-

jam pridem conſtituit, ut *Sanctimonialis Virgo, quum ad conſecrationem ſub Epiſcopo offertur, in talibus veſtibus applicetur, qualibus ſemper uſura eſt, profeſſioni, & ſanctimoniæ aptis.* Nec ab eo diſſentit Canon XLV Concilii Trullani. Romanique Pontifices, qui non modo fidei, ſed morum etiam puritatis vindices ſeſe profeſſi ſemper ſunt, prodigos illos, & profanos apparatus, utpote Chriſtia-

nonicarum uſu frui æquum eſt, hujuſmodi dotium ſtipulationes ve. tantium. Eoque amplius pater familias, aut alius quiſpiam dotem conſtituens, ſic loqui poterit: Nunc debeo dotem a me conſtitutam repetere, quum filia mea, jam vita functa, nequaquam amplius Monaſterio oneri ſit: publicæ enim leges, quæ mihi vim ſuam debent, plane jubent, dotes, ſoluto matrimonio, ad familiam reverti. Neque diſpar ſpiritualia inter & carnalia ſponſalia ratio eſſe quiverit.

ſtianæ Religioni injurioſos, ac prorſus deſtruentes ipſam monaſticam diſciplinam, nunquam non improbarunt. Et ſane quid perverſius, quid intolerabilius, quid ſtultius, quam illiuſmodi pompas, ex ſeculi depravatione manantes, ſacro in illo die oſtentare, quo die Virgo, perfuncta jam rebus humanis, huic ſeculo immoritur, atque innaſcitur, ſive reviviſcit Chriſto Servatori?

rit. Quod enim ſoluto matrimonio dotem reſtituere oporteat, id juris tanta vetuſtate firmatum, tamque longe lateque diffuſum eſt, ut non modo apud Græcos, & Romanos, ſed & apud barbaras gentes obtinuerit, uti præ ceteris animadvertit Bruverus in ſuo *de jure connub.* Commentario. Quid igitur eſt, cur hoc dotium reverſionis jus in ſpiritualibus connubiis locum habere nequeat? Nonne in his idem jus magis vigere oportuit, cum ſancta Virginum ſponſalia non tam rerum terrenarum præſidio, quam purioris in Deum fidei ſtudio poſita eſſe, divina prodit Scriptura, ſic animabus Chriſtum diligentibus alloquens: *Sponſabo te in fide?*

(12) *Mergunt homines in interitum, & perditionem.* Hæc enimvero ad univerſos pertinent Chriſtianos, qui Chriſti

Re-

*ſide?* Non inficior, parentes Virginibus Deo dicatis vitæ ſubſidia debere, quum non in tanta Chriſtianorum multitudine, quantam priſca ætas vidit, caritas ferveat, egenorum vitæ ſuppetias ferens. Sed ſupervacaneum divitiarum pondus, quod ex relictis Monaſterio tantis alimentariis fundis, poſt Monialium exceſſum, in immenſum quotidie excreſcit, id vero eſt, quod ſanctitas talium ſponſaliorum faſtidit, & odit, tamquam vitiorum omnium illecebras, quarum mala germina ſtudens ſuccidere falce Apoſtolus, ſic monet 1. Timoth. 6. *Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus* (12). *Nam qui volunt divites fieri, inci-*

Religionem complexi, ſeculi pompis, quum ſacra ablutione initiantur, *abrenunciare* pollicentur. Sed præſertim mona-

*cidunt in tentationem*, *&* *laqueum Diaboli*, *&* *deſideria multa*, *&* *inutilia*, *&* *nociva*, *quæ mergunt homines in interitum*, *&* *perditionem*. Hinc ſæpe fit, quod Sanctus ſcribit Hieronymus ad Heliodorum, ut ſint ditiores Monachi, quam fuerant ſæculares; poſſideant opes ſub Chriſto paupere, quas ſub locuplete Diabulo non habuerant; & ſuſpiret eos Eccleſia divites, quos tenuit Mundus ante mendicos.

IX. Adhuc igitur non video, cur & inſpecta ſponſaliorum ratione,

naſticæ diſciplinæ alumnos reſpicit monitum illud, qui primorum Chriſtianorum vitæ ſanctitatem ſuis moribus revocare profeſſi, inſuper rerum omnium abdicationem ſolemni ſacramento ſpondent. Sed quidnam quotquot monaſticum inſtitutum ineunt, præſtare oporteat, diſcere licet ex D. Hieronymo, qui ad Paulinum *de inſtitutione Monachi* ſic ſcribit: *Tunicam mutas cum animo; nec pleno*

ne, dos ad familiam reverti non debeat. Sed duplex ratio objicitur ab noviſſimi ævi Doctoribus: primum quidem quod in eo ſpiritualium connubiorum privilegium poſitum eſt, ut bona in Eccleſiæ commodum in perpetuum abdicentur; deinde vero, quod dotis ad familiam reverſio eo jure comprobatur, quod ex quibuſdam tantum gentibus, non ex naturali æquitate profluxit. Jam quiſque noverit, quantam hic locus ſcribendi ſegetem pariat: ſed ut perſequar cœpti propo-

*no marſupio glorioſas ſordes appetas, ſed puris manibus, & candido corde pauperem te, & ſpiritu, & operibus gloriaris. Nihil eſt enim grande triſti, & lurida facie, vel ſimulare, vel oſtentare jejunia, poſſeſſionum reditibus abundare, & vile jactare palliolum. Crates ille Thebanus, homo quondam ditiſſimus, quum ad philoſophandum Athenas pergeret, magnum auri pondus abjecit; nec putavit ſe ſimul poſſe*

poſiti ordinem, brevis eſſe laboro. Quicquid de hujuſmodi privilegio erit, id utique credi nefas erit, donec in cujuſdam Concilii canone exaratum legatur. Privilegium enim numquam præſumi, ſed probari oportere, diu juris ſententia tenuit; magis id ideo in ea re, qua de agitur, quum ſcilicet legis refragatio exiſtat. Divina ſiquidem Evangelii lex nullam ob cauſam cuipiam umquam privilegium indidit (13), quo bonorum quæſtus, & proprietas quam diutiſſime perenna-

*poſſe & virtutes, & divitias poſſidere. Nos ſuffarcinati auro Chriſtum pauperem ſequimur, & ſub prætextu eleemoſynæ, priſtinis opibus incubantes, quomodo poſſumus aliena fideliter diſtribuere, qui noſtra timide reſervamus? Plenus venter facile de jejuniis diſputat.*

(13) *Privilegium indidit*. Nunquam Eccleſiam ejus generis privilegia probaſſe legimus, quæ juſtitiæ aliqua ex parte

naret: quin Chriſtus Jeſus jam pridem luculentiſſime pronunciavit, ſe hujuſmodi quæſtus, mundique regnum reſpuere; ipſemetque Sponſus ſpiritualium connubiorum contra iſthæc ſæculi fluxa, eoque magis contra privilegium iſtud occlamavit. Ac rectius dicendum erit, hujuſmodi privilegia ex inquinatiſſima Bartoli ſchola prodiiſſe potius, quam ex puriſſimo Evangelii fonte.

X. Inanis itidem eſt ratio altera, quæ obiectatur, naturalis æqui-

te officere poſſent: quinimo ſemper illa a ſummis Pontificibus improbata fuiſſe comperimus; quod ex Innocentii III auctoritate & teſtimonio ſatis apparet. Ad hunc enim Pontificem delatum olim fuit ab Archidiacono, S.Andreæ, maritum quemdam uxori, dotis nomine, donaſſe terram, ſive fundum, cujus penes ſe tantum erat uſusfructus; ipſoque præmortuo, eumdem fundum ſibi ut retineret, operam

quitatis non eſſe, dotes ad familiam reverti. Id enim, quod opponunt, veritati magis ſuffragatur; quum nemo eorum contra naturalem æquitatem aliquid inoleſcere poſſe adhuc dicere auſit: atque hæc una omnium Moraliſtarum ſententia eſt. Quare ſi dotium reverſionem ex hac naturali æquitate deſcendere adfirmarent, jam cauſa omnis ſoluta eſſet: ſed id agitur, ut illud inficientur, quod inficias ire nequeunt. Siquidem veriſſimum eſt, hanc dotium reverſionem ex Ro-

ram dediſſe viduam illam; quæ proinde Eccleſiæ benignitatem & favorem ſibi expoſcebat, ne ſcilicet viro jam orbata indotata relinqueretur. At ſapientiſſimus Pontifex ſic reſpondit, Decret. lib. IV, tit. 20: *Nos autem conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quod quum regulariter nullus plus juris in alium tranſferre poſſit, quam eum conſtet habere; vir, cui terra prædicto modo conceditur, non po-*

Romanorum, aliarumque gentium jure proficiſci; tamen eam ex naturali æquitate manare ambigi nequit. Plane Pomponius Juriſconſultus præclare ait: *Secundum naturam eſt, commoda cujuſque rei eum ſequi, quem ſequuntur incommoda*. Hoc adeo verum eſt, ut per ora omnium volitet; idque ipſum eſt, quod rei, qua de agitur, congruit. Ubi ſpirituale connubium ſolutum ſit, Monaſterium nihil amplius oneris ſuſtinet. Omne igitur lucrum, quod exinde captatur,

*poteſt uxori relinquere; quod ei non licuit, niſi quoad vixerit, poſſidere. Nec licet uxori ſuæ partem illius terræ in donationem propter nuptias, ex viri conceſſione tenere, niſi forte donationi ille, ad quem ſpectat dominium illius terræ, voluerit conſentire. . . . . Nam licet Eccleſia in cauſis viduarum ſe favorabilem debeat exhibere; contra juſtitiam tamen non eſt ei favor eccleſiaſticus concedendus.* Si igitur Eccle-

tur, injuſtum foret, contra naturalem æquitatem, quæ & in rebus profanis locum utique vindicat. Hinc facile intelligitur, privatam juſtitiam ex hac parte labefactari; & ſi ipſi canonum, & morum magiſtri dicere non dubitaverint, Eccleſiam nequaquam naturalem æquitatem immutare poſſe, quæ nihil aliud, quam recta ratio eſt; itidem adfirmare cogentur, illam conſuetudinem, quam de monaſticis dotibus retinendis collaudant, omnino ferendam non eſſe, & cum ipſa

cleſia nequit aliis indulgere, ut ab uſufructuario, ne in cauſis quidem piis, proprietas retineatur; qui fieri poteſt, ut indulgeat Monaſterio, quo eorum bonorum proprietatem ſibi obtineat, quæ dotis titulo, atque adeo pro Monialis alimentis, hoc eſt, uſufructu, præbita fuerant? Nimirum Eccleſia illiuſmodi privilegia nacta eſt, quæ olim Municipiis delata fuiſſe conſtat. At uſusfructus, qui

ipſa ratione conflictare. Certe quiſquis Chriſtianorum hujuſmodi Doctorum placita animadverterit, mirum ei videbitur, tot paganos Juriſconſultos, duce ſola ratione, rectius de juſtitia ediſſeruiſſe. Qui enim, ajunt, prædii uſumfructum habet, ſubſtitutione arborum, vento, aliove caſu avulſarum obſtringitur: ſed arbores avulſæ, ac demortuæ ipſum uſufructuarium, non proprietarium ſequentur, *ex natura fructus*, ut inquit Pomponius: quod idem eſt, ac *ſecundum na-*

qui Municipio relinquebatur, centum annorum ſpatio finiebatur. Conſule l. LXIII, D. de uſufructu, & ibid. Gloſſ. In lib. autem I, de Feudis, tit. 13 appoſite ſcriptum eſt ſic: *Inde poteſt præſumi, ſi clientulus fecerit libellum in perpetuum de Feudo ſuo alicui Eccleſiæ, non valet. Ideo ſcilicet, quia nunquam reverſurum ſit ad dominum, quum Eccleſia non deſinat eſſe heres; quod obſervandum eſt*

*naturam* ; ſcilicet *ex natura rei* , non poſſunt commoda non eum ſequi, quem ſequuntur incommoda: atque ita viciſſim (14).

XI. Privata igitur juſtitia, hoc opinionum turbine quaſſata, plurimum

*eſt & in privato ex natura perpetui libelli. Sed diverſum obſervatur in Eccleſia, quam in privato. Eccleſia enim cultrix, & auctrix juſtitiæ non patitur contra juſtitiam aliquid fieri in ſe, vel in alterum.*

(14) *Atque ita viciſſim*. Eamdem juris æquabilitatem in monaſticis dotibus non æque ac in ceteris rebus uſurpari, illud certe eſt, quod maximam in republica parere juſtitiæ perturbationem Auctor affirmat. Juſtitia enim nihil aliud eſt, niſi quædam animi affectio ſuum cuique tribuens, conjunctioniſque ſocietatem æque tuens. Dos autem, quam Monaſterio quis ſolvendam paciſcitur, ejus pacti, ſive contractus ſpeciem ſubit, quam oneroſam vulgo appellant: ac propterea æqualitatem prorſus omnem præſeferre debet. Nimirum tribuitur Monaſterio dos, qua ſcilicet Virgini alimenta præbeantur. Igitur dos datur uſusfru-

mum ſatiſcit, dum vis juris canonici, civilis, ac naturalis iners, & manca redditur. Jam vero Principis majeſtatem non modo rerum, quæ magnitudinem, & incolumitatem Imperii fovent, ſed & cujuſ-

D que

fructus cauſa. Sublata autem cauſa, quare uſusfructus percipiebatur; nec Monaſterium, jam onere illo levatum, diutius eamdem rem, ſive dotem retinere poteſt. Alioqui dati acceptique æqualitas tollitur; induciturque ſimulatio, & fallacia, quas a pactis conventis omnino abeſſe neceſſe eſt. Rurſus dos, quæ ſive pro carnali, ſive ſpirituali conjugio conſtituitur, quum profectitio peculio æquiparetur, pariſque ſit conditionis, ſui naturam immutare nullo pacto poteſt. Nec dices, tacitam regreſſionis pactionem Eccleſiæ res non tangere. Bona enim propter *amortizationem*, quam vocant, ſui qualitatem non variant, ſed eamdem obtinent naturam. Quapropter Imperatores Theodoſius, & Valentinianus tunc Eccleſiam, ſive Monaſterium in bonis Clerici, ſive Monachi ſuccedere juſſerunt, quum defecerint legitimi he-

que civis patrimoniorum vindicem eſſe, non ambigitur, dum vis fiat, ne legum, & contractuum uſu frui liceat. Hæc autem vis adeo magna eſt, ut probatione non indigeat, nec longiorem animadverſionem poſtulet, quum prima jam fronte naturali æquitati contraria deprehendatur, cui quidquid adverſum erit, plane violentiæ, & injuſtitiæ nomen ſibi vindicat. Præclare quidem Ariſtoteles qui veri-
ta-

heredes. Conſule conſtitutionem ipſam Cod. Theod. lib. v, tit. 3, cujus verba nos alibi recenſemus. Omnino igitur eo deveniendum: ſi dos monaſtica quæ a patre Virginis pro uſufructu, & compenſatione alimentorum Monaſterio tribuitur, ſui naturam non immutat, ſed habetur, & eſt ut peculium profectitium; erit profecto ſecundum naturalem honeſtatem, idem peculium, ſive dotem, deficiente muliere, quæ alimenta accipiebat, ad eumdem patrem, ſive eodem, unde exierat, reverti.

tatis moli fundamenta juris naturæ ſuper impoſuit, ſcriptum reliquit, legum, & ſtatutorum ſocietatis ab naturali æquitate diſſidere non debere (15). Quum enim aliquid jubetur, quod cum ipſa veritate repugnat, nihil aliud erit, quam jubere, quod falſum ſit, verum eſſe, & quod verum ſit, falſum eſſe; quod abſurdum admodum foret; necnon lege juſtum efficere, quod ante eam legem na-



(15) *Non debere*. Locum Ariſtotelis deſumptum eſſe arbitror ex lib. III *de Rep.* cap. 3, qui ſic ſe habet: *Τῶν καλῶν ἄρα πράξεων χάριν θετέον εἶναι τὴν πολιτικὴν κινωνίαν, ἀλλ' ὐ τῦ συζῆν. Honeſtarum igitur actionum gratia ſtatuendum eſt comparatam eſſe civilem ſocietatem, non una vivendi*. Idem ſentit & Philo Judæus, qui libro *de Joſepho* pag. 531 edit. Francofurti an. 1691, ſic ait: *Ὥστε εἰκότως προσθῆκαι μᾶλλον αἱ κατὰ μέρος πολιτεῖαι μιᾶς τῆς κατὰ τὴν φύσιν. Προσθῆκαι μὲν γάρ οἱ κατὰ πόλιν νόμοι*

tura ipſa injuſtum fuerat, quodque ipſi legum vi prorſus obnititur. Si quis igitur rem improbam in legem irrepere ſiverit, quidquid inde agitur, æque improbum erit. Si quis injuſtitiam ſtabiliter juſſerit, plane ſocietatis commodum, & felicitatem evertet, dummodo felicitatis proprium non ſit, inique accipi, exui, atque opprimi quemquam. Quum ita ſit, Monaſticarum dotium conſtituendarum modus, manente perpetim Monaſterio earum proprietate, ipſi ſocietatis fini ex adverſo opponitur: atque hoc ſcilicet pacto finem ſocietatis jam ſocietatis finem eſſe negatur. Hinc probe quiſque intelliget, Maje-

τοῦ τῆς φύσεως ὀρθοῦ λόγου· προσθῆκαι δ' ἐστι πολιτικὸς ἀνὴρ τοῦ βιοῦντος κατὰ φύσιν. *Itaque merito additamenta naturalis juris*

jeſtatis Principis, qui ſummus ſocietatis moderator eſt, quanti interſit, hanc privatorum juſtitiam incolumem ſervare, quæ diu miſerandum in modum adflictatur.

XII. Jam vero quidquid hic confirmandum ſuſcepimus, in gratioſis donationibus locum vindicare nequit: nec Principis cura ad hujuſmodi negotia progreditur, niſi ſi quidquam inhoneſtum ac ſeditioſum redolerent. Noſtra omnis diſputatio de oneroſis contractibus eſt, cujuſmodi ſunt dotalia pacta, quæ inter ineunda connubia in ſtipulationem veniunt, a quibus hac in re nihil diſcrepant Monaſticæ dotes: etenim fictitium omne eſt, quod

 præ-

*juris cenſentur peculiarium civitatum inſtituta. Nam leges per oppida receptæ ſunt appendices rectæ rationis, a natura no-*

prætexitur, privilegium: nec, quemadmodum ſæculares etiam dotes, is, qui eas conſtituit, lege adjecta, retinere poſſet; ſic eadem lege idem ipſum de Monaſticis dotibus contingere quiverit. Sed inquiet fortaſſe recens juriſconſultorum natio, privatorum juſtitiam nihil exinde detrimenti capere, quum filiæ ex bonis paterni, & materni generis, aliorumque propinquorum portio competat: atqui quum hæc portio in commodum cedat Monaſterii, cui illa dedicatur, jam nulla ex parte juſtitia læditur, nec cuiquam aufertur, quod ei debetur. Hæc omnis hujuſmodi Doctorum argumentatio eſt, cui ut faciam ſatis, plu-

*nobis inſitæ: ſicut & civilis vir auctarium eſt juxta naturam viventium.* Ceterum monendum hic eſt, res omnino duas

plures caſus diſtinguantur neceſſe eſt. Jam ſi Virgo, quæ ſe Monaſterio dedicatum iverit, ſui juris ſit, patrimoniumque habeat, non inficior, eam ſuam poſſe portionem donare, & dotis nomine Monaſterio tradere. Nam ſi ei liceat & cuivis de plebe donare; id jus faſque erit agere cum ſacra Domo, in qua perpetuo vitam traducere conſtituerit. Verum ſi huic feminæ liberi eſſent, minime debebit eos derelinquere; ſed quamdam bonorum portionem, quam patriæ leges indixerint, præſtare illis debebit. Hujuſmodi poteſtas voluntaria inter vivos eſt. Sed cauſa mortis eadem voluntaria poteſtas non ſecus ſeſe habe-

 bit,

duas animadvertendas in legibus omnibus eſſe, legis nempe conſtitutionem; & æquitatem. Æquitas, quia naturalis

bit, neque a patriis legibus diſſidere poterit. Neque vero de hiſce actibus voluntariis nos loquimur, quos nihil moratur Majeſtas Principis; niſi ſi quid inde respublica detrimenti capiat; ſed de actibus neceſſariis, de eo ſcilicet onere, quo parentes obſtringuntur ad legitimam portionem filiabus conſtituendam, monaſticam vitam agere geſtientibus. Hic recentes canonum Doctores ajunt, illas utique poſſe de hujuſmodi portione, de ſuo veluti patrimonio, in Monaſterii commodum erogare. In quo certe falli eos non leviter, facili negotio demonſtrari poteſt. Inſpiciendum eſt igitur, an puella ſpiritualem hujuſmo-

lis eſt, nonniſi una legum omnium eſſe debet: ac propterea legibus omnibus, pro negotii ratione, eadem propoſita eſſe de-

modi dotem a patre adhuc vivente petere queat, & an jus, dominium, & poſſeſſionem capiat, ut de ea pro arbitrio diſponere poſſit. Plane recentis ævi Doctores hanc litem, velut conſuetudine, uſuque quotidiano diremptam reputant. Sed hoc non aliud, niſi mera principii petitio eſt; quum illud ſcilicet hic in diſquiſitionem veniat, danda ne ſit venia huic uſui, & conſuetudini, nec ne. Quod utique ex eo perpendendum eſt, an hoc privatorum juſtitiæ officiat.

XIII. Inquirendum eſt igitur, quid juris liberis exigendum remaneat a parentibus. Si naturam in animantibus ratione expertibus conſul-



debet. Conſtitutio autem, quia adjuncta quædam habet, quæ rem circumſtant, ab hiſque pro parte pendet, mo-

tum iveris, facile intelliges, eorum prolem nihil præter alimenta, quoad uſque his opus habuerit, flagitare poſſe, donec ſcilicet ad id ætatis adoleverit, quum ſe ipſa alere poſſit: immo natura ipſa quandoque alterum parentum hoc onere ſolvit, quum ſcilicet unus eorum ſufficiat. Ambo avicularum parentes eorum nido aſſident, iiſque cibaria quærunt, donec ipſæ volare inceptent, ac victum quærere. Jam paternus onus in hujus familiæ cura brevi temporis ſpatio ſolvitur. Rapax avium genus longiori cura opus habet, & mari onus majus ineſt, quippe & feminæ; & natorum victui debeat proſpicere; quo onere

do in unum æquitatis ſcopum intendat, diverſa quandoque eſſe poteſt; haud tamen quidquam inde naturali æquitati de-

re ſe eximit illico, ubi illi ſe tueri, atque alere didicerint. Illa demum animalia, quæ herbis veſcuntur, ex matris ubere lactem ſugunt, cum pater tantum gignendi operam præbeat. Hæc admiranda ſummi Opificis ſapientia eſt, per quam internos ſtimulos ſuis operibus indidit. Jam vero grandiori operi, qualis homo eſt, ſummus idem Opifex majores ſtimulos indidit, quia hominum ratio diuturniorem curam flagitat, donec ad id ætatis pervenerint, quum nequaquam amplius parentum præſidio egeant. Non aliud igitur præter alimenta ſoboli debentur, ad eam uſque ætatem, qua ſuopte ingenio victum quære-



derogari cenſendum eſt. Neque enim aliter accipiendum eſſe arbitror illud Ulpiani, quum inquit: *Jus Civile eſt*, *quod*

re poſſit : quæ quidem naturalis omnium creaturarum lex eſt. Jam ipſæ leges nihil præter alimenta in bonis paternis ſoboli tribuunt, viventibus adhuc parentibus. Feminæ ipſæ æque ac mares hanc ſubire conditionem deberent; quæ ubi ad eam ætatem adoleverint, qua victum quærere idoneæ eſſent, alimentorum jura amittere deberent. Ipſæ, non ſecus ac mares, aptæ ad laborem ſunt, ad levia ſaltim, ſicut quotidiana earum neceſſitas levis eſt. Sed noſtra educationis ratio, quæ ſicut pro commodo propitia, ita pro imperio noxia muliebri ſoboli eſt, parentes adigit filias, quoad vixerint, proprio ſub te-

*quod neque in totum a Naturali, vel Gentium jure recedit, nec per omnia ei ſervit. Itaque quum aliquid addimus, vel*

tecto alere. Neque fas eſt, parentes obtendere earum adultam ætatem, atque operi idoneam, quam adverſus mares prætexere quiverint. Verum ſi filiæ hujuſmodi privilegium noſtris moribus debeant, jam alterum, quod magis intereſt, intrinſeco humani generis juri acceptum ferunt: hæ enim ab parentibus dotem petere queunt, ut nuptum eant. Dixi, iſtud privilegium ex intrinſeco humani generis jure proficiſci: nam quum hoc in more poſitum ſit, feminas, non mares dotem dare oportere, mortalium generis intereſt, quam longiſſimum in ævum ſpeciem propagari ſuam. Neque iſtud eſſe privile-

*vel detrahimus juri communi, Jus proprium, ideſt, Civile, efficimus. L.1, D. de juſt. & jur.*

legium ambigi poterit, quum liberi, quoad parentes vixerint, nullam petere legitimam portionem queant. Enimvero idem Pomponius Juriſconſultus in *l.* 1. *D. ſol. matrim.* ſic ait: *Dotium cauſa ſemper & ubique præcipua eſt: nam & publice intereſt, dotes mulieribus ſervari, quum dotatas eſſe feminas ad ſobolem procreandam replendamque liberis civitatem, maxime ſit neceſſaria* (16). Hæc una igitur ſobo-

(16) *Maxime ſit neceſſaria.* Secundum naturæ jus non eadem in parentibus dotis, ac alimentorum pro liberis ratio eſt. Ut enim prolis generatio, ita & educatio, ſive alimentorum datio deſcendit ex ipſa natura. *Quemadmodum* (ait Cicero Offic. lib. I) *communis eſt animantibus conjunctionis appetitus, ita cura quoque eorum, quæ procreata ſunt.* Etenim, ut idem Cicero lib. III de fin. addit, *hæc inter ſe congruere non poſſent, ut procreari quidem natura vellet, diligi autem*

bolis procreandæ ratio aliquam paternorum bonorum partem filiabus tribuit.

XIV. Jam quiſque probe noverit, in ſpirituali connubio aliam atque aliam rationem vigere; & idcirco nihil de privilegio dici poſſe; & filias eadem, qua filios, trutina penſari oportere, eadem ſcilicet alimentorum ratione. Objectari tantum poterit, ſicuti ad ſobolem procreandam propagandamque

*autem procreata non curaret*. At ex nullo naturæ legis capite parentes evincitur teneri filias dotare. Hinc apud pleraſque gentes dotium ratio prorſus ignota: apud alias autem eamdem legibus omnino vetitam legimus. Romanique ipſi longo ſatis intervallo, pro cujuſque arbitratu filias ſolebant dotare. *Dummodo morata veniat recte, dotata eſt ſatis*, inquit Plautinus Megadorus, Aulul. act. 1, ſc. 3. Certe quidem nec ipſe Auguſtus, qui tantopere civium connubia pro-

que privilegium maxime comparatum eſt, ita longe majus privilegium caſtitatis voto ſuffragari oportere, quum ſpiritus carnem vincat ac ſupergrediatur. Sed ad hæc breve admodum reſponſum ſuppetit; hanc ſcilicet præſtantiam non in bonis terrenis, quæ ſpiritui male hærent, collocandam fore: tunc enim quædam carnalis præſtantia eſſet, non cæleſtis. Ex quo plane intelligi poterit, rationem Mona-
ſti-

propagavit, cum ſua lege Julia, & Papia parentibus onus ullum filias dotandi injecit. Quin Labeo Juriſconſultus, qui Auguſto imperante floruit, patrem quemdam refert, qui filiæ ſuæ nomine ſe dotem ita daturum promiſit, *quum commodiſſimum erit*. L. LXXXII, D. *de jure dotium*. Et Pomponius ex Celſo ita pronunciavit: *Aut pactus eſt, quum dotem pro nepote ſuſcepiſſet, ne a ſe, neve a filio dos peteretur, ab alio vero, quam filio herede, ut dos peteretur*. L. x, D. *de*

ſticarum dotium, quæ viventibus adhuc parentibus conſtituuntur, cum privatorum juſtitia confliṭari.

XV. In eo omnis difficultas obtendi poſſet., quum ſcilicet parentes de rebus ſuis decreverint. Sed hic non de actibus voluntariis loquor, quum ſuæ quiſque rei ſit moderator, & arbiter; niſi ſi decorum atque honeſtum uſpiam læderetur: ſed de re illa ſermo nunc eſt, quum Monialis quæquam inteſtato deceſſerit.

*de pactis dotalibus*. Ex quibus ſatis apparet, nullam eo tempore fuiſſe in parentibus dotis præbendæ neceſſitatem. Primi Severus, & Antoninus Imperatores fuiſſe feruntur, qui ſuis conſtitutionibus patrem compulerunt filiæ dotem dicere; idque ex L. XIX, D. *de ritu nuptiarum* aperte colligitur.

Sed quid juris apud Hebræos in dotis ratione fuiſſe, juvabit exquirere: quorum inſtituta ſicuti ſapientiſſima, &, utpote a Deo ſummo eorum Reipubli-

ex

ſerit. Palam eſt ex Codice Juſtinianeo, Monaſterium in ejuſmodi bonis ſuccedere, excluſo fiſco, ſi nullus ſcriptus heres extiterit. Iampridem Cujacius in tit. 62. de her. decur. lib. 6. Cod. ita ſcriptum reliquit: *Addere oportet præterea Clericum, vel Monachum, vel devotam Virginem, qui, quæve moritur, nullo herede relicto: nam ex con-*

cæ moderatore, divina; ita humano generi ſalutaria eſſe, atque ad ceteras etiam gentes ex eo fonte dimanaſſe comperimus. Igitur imperatum a Domino quondam eſt Prophetæ Oſeæ, ut in matrimonium duceret mulierem, cujus amore tametſi ipſe deperiret, eadem nihilominus maritale torum adulterio fœdatura erat: id quod impiæ a divina lege Synagogæ deſertionis typus foret. *Vade, & dilige mulierem dilectam amico, & adulteram*. Oſeæ cap. 3. Cui divino mandato obtemperaturus Propheta, inquit: *Fodi eam mihi quindecim argenteis, & coro hordei*. Quod verbum

*conſtitutionibus ei ſuccedit Eccleſia, vel Monaſterium, cui dedicatus, vel dedicata erat, excluſo fiſco, l. ſi quis Presbyter, Cod. de Epiſc., & Cler.* Monaſticas igitur dotes retineri ſingulorum juſtitiæ officit, cum filiabus nonniſi alimenta præſtanda ſint: neque ulla Monaſteriis ſucceſſio deferatur, niſi omnes legitimi heredes defuerint.

Qua-

bum *fodi* LXX interpretati ſunt *poſſedi, ſum mercatus.* Quin hebræa dictio utrumque complectens, ait: *Pretio dato comparavi eam.* Præterea lib. I. Regum, cap. 18, & 25 ſcriptum legimus: *Non habet Rex ſponſalia neceſſe, niſi tantum centum præputia Philiſtinorum, ut fiat ultio de inimicis Regis.* Quo loco centum *præputia Philiſtenorum*, dotis nomine dicuntur, quam Saul pro futuro ſponſæ ſuæ matrimonio promittit. Ac denique apud S. Matthæum cap. 1, ubi dicitur: *Quum eſſet deſponſata mater ejus Maria;* Syriaca interpretatio habet *Mechira*, hoc eſt *empta;* ut innue-

Quare id quod ſingulorum juſtitia depoſcit, ut quiſque exequatur, efficere, proprium Majeſtatis Principis erit; quod quidem præclare admodum animadvertit Thucidides, quum ait, unumquemque eam civilis regiminis formam, quam dudum receptam deprehenderit, ſartam tectam tueri (17) oportere; atque hu-

nueretur uxorem a marito, qui dotem conſtituebat, coemi: quod connubii genus a Romanis appellatum fuit *matrimonium per coemptionem*. Verumtamen etſi a marito dos promitteretur; non inde deſumi poteſt, nullam filias e paternis bonis emolumentum percipere potuiſſe. Alimenta enim accipiebant a patre, vel etiam a fratribus; aut alimentorum loco decumam patrimonii partem. Ex quibus locis luculenter apparet, priſcis illis temporibus nullum onus patribus impoſitum fuiſſe filias dotandi; quin potius dotis nomine aliquid a viro promitti conſueviſſe.

(17) *Sartam tectam tueri oportere*. Præter Thucydidem, eamdem ſententiam poſ-

hujuſmodi monitum non modo ipſam regiminis rationem, qua præcipuorum munerum diviſio continetur, ſed & rerum omnium æquabilem partitionem reſpicit. Quum ita res ſe habeat, dicendum utique eſt, juris, ac dominii veterem diviſionem in rebus, & perſonis ſervari omnino oportere: experientia enim

poſſumus confirmare Chriſti Domini doctrina, & exemplo, quum ait apud D. Matth. cap. XXII: *Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari; & quæ ſunt Dei, Deo*. Quod ſummi Legislatoris reſponſum, tametſi per ſe ſit pervagatum ſatis, ut haud quemquam, quem lateat, invenias; quia tamen non perinde ac dictum fuit, vulgo accipitur, operæ pretium erit rem totam enarrare. Lex apud Hebræos omnino vetabat, quemquam, niſi Hebræum, Regnum gentis ejus occupare: erantque in ſacris voluminibus vaticinia, fore aliquando, qui populum univerſum a ſervitute in libertatem aſſereret. Poſt Herodem Idumæum, pulſo in exilium Archelao ejus filio, Judæa omnis a Roma-

enim compertum eſt, hujuſmodi diviſionem bono publico frugiferam eſſe: neque ulla naturalis lex effingi poſſet, quæ, citra hujus tam præſtantis finis diſpendium, talem diviſionem umquam reſpuerit: neque ul-

manis in Provinciæ formam redacta, ac Syriæ attributa fuit; cenſuſque tunc viritim, ſive per ſingula capita, quod erat novum tributi genus, populo Hebræorum fuit impoſitus. Coorta hæreſis eſt Herodianos inter, & Phariſæos. Illi legitimam agnoſcebant Romanorum poteſtatem, ac proinde juſtam æquamque cenſus ſolutionem: hi vero negabant, conſervatis divinis inſtitutis, poſſe Regi alienigenæ cenſum illum, qui tantummodo Dei Templo offerebatur, jure pendi. Cujuſmodi tributum propterea averſabantur illi, quod capitatio ipſa miſeræ ſervitutis eſſet auctoramentum: nam quod tributum antea ab Alexandro Magno, ac poſtea Pompejo, Julioque Cæſare imperatum illis fuerat, minus a libero populo abhorrere putabant: quum ſuos illi haberent Reges, & propriis legibus uterentur. Phariſæi igitur

ullum civium corpus ea re ſibi injuriam fieri conqueri poſſet. Principis igitur eſt non modo tueri, ſed & provehere longius rerum juſtam diviſionem, ut illa perturbatio procul abſit, qua nunc eæ res, quæ

tur diſcipulos ſuos cum Herodianis ad Chriſtum Jeſum ſubmiſerant, quaſi eum de tributo ſolvendo conſulturi; revera autem, ut ipſum nefario conſilio in utroque tenerent; ut, ſi affirmaret, uti ſacratæ legis prævaricatorem Divinum Magiſtrum traducerent; ſi negaret, uti ſeditioſum, ac res novas molientem accuſarent. *Tunc abeuntes Phariſæi, conſilium inierunt, ut caperent eum in ſermone. Et mittunt ei diſcipulos ſuos cum Herodianis, dicentes: Magiſter, ſcimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non eſt tibi cura de aliquo: non enim reſpicis perſonam hominum. Dic ergo nobis, quid tibi videtur? Licet cenſum dare Cæſari, an non? Cognita autem Jeſus nequitia eorum, ait: Quid me tentatis hypocritæ? Oſtendite mihi Numiſma cenſus. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis Jeſus: Cujus eſt ima-*

quæ diviſim adflictis civium familiis cedere debent, ab Monaſteriis detinentur in publicæ utilitatis perniciem: ideoque ſepoſitis aliis rationum momentis, quæ pro ſingulorum juſtitia in medium proferri poſ-

*imago hæc, & ſuperſcriptio? Dicunt ei; Cæſaris. Tunc ait illis: Reddite ergo, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari; & quæ ſunt Dei, Deo.* Numiſma autem illud erat cum Cæſaris imagine ſignatum, quod ad inſtar illius, quod quotannis Templo ſolvebatur, Quæſtori Provinciæ Hebræi pendebant. Chriſtus igitur non alia ratione Phariſæorum fraudem & improbitatem refellit, quam monendo, reddenda eſſe, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari; & quæ Dei, Deo. Ac ſi diceret: Si nummos iſtos cum Cæſaris imagine cuditis, eoſque nomine tributi Cæſari penditis; igitur ab eodem vos ſubactos, ejuſque imperio & ditioni obnoxios vos fatemini. Ac proinde jure belli legitima Romanorum poteſtas, quæ nullo privato conſilio attrectanda. Neque enim e Cælo ſum demiſſus, ut terrena Regna mihi vindicarem, aut Imperii jura impe-

poſſent, ea, quæ publicam juſtitiam ſpectant, perpendamus.

XVI. Sed jam recentium Doctorum vocem audire videor, me non ſatis recte locutum, quum dixerim, Monaſteria, nonniſi heredibus legitimis



peterem, vobis, ut opinionis errore creditis, terrenam libertatem conciliando; aut regiminis formam immutando, Cæſari poteſtatem auferrem: Dei quippe Filius nemini jus ſuum unquam eripiet: meumque Regnum, in ſuperna illa felicitate locatum, cum terrena iſthac dominatione nihil habet commune. Sed nec proinde ab illa ſolutione cenſus, quem Templo quotannis pendebatis, vos exemptos arbitremini: quum eodem tenore, pro jure patrio, idem numiſma cenſus ſacro Quæſtori reddendum vobis eſt. Hinc Apoſtolos, ceteroſque perfectæ pietatis Chriſtianos nuſquam legimus aliquid contra Imperii incolumitatem, aut civilia inſtituta attentaſſe unquam; ſed, tametſi ſub tyranni immanitate conſtituti, omnis generis cruciatus perferrent, ſupremam Principum poteſtatem, ut ex divina ordinatione profluentem, ſuſpexere.

deficientibus, excluſo fiſco, ſuccedere poſſe (18), quum Novellæ Juſtiniani Conſtitutiones Monaſteria in

(18) *Excluſo fiſco ſuccedere poſſe*. Quandoquidem fuſius hoc loco agit Auctor de eo jure, quo Monaſterium in bonis Monachorum ſuccedit; inſtituti noſtri rationem nos ſecuti, de ejus origine & progreſſu nonnulla indicabimus, ſimul & Eccleſiæ priſtinas ſucceſſiones breviter illuſtrabimus. Princeps, cui ſancta Dei providentia ſumma adhæret rerum poteſtas, reditus, ſive cenſum habeat neceſſe eſt, quo ſcilicet ſuſtinendis publicis muneris ſui oneribus par eſſet; eoque ſimiliter uti poſſit ad ſuum domeſticum ſplendorem, qui certe cum imperii dignitate eſt conjunctus. Sed veteribus illis ſatius placuit, ex iis rebus cenſum Regi conſtituere, quæ ſicuti univerſitati, penes quem erant, relictæ, parum prodeſſent; ita contra uni attributæ, majoris eſſent emolumenti. Qua de re theſauri, jus piſcationis, ac venationis, ſilvæ, bona caduca, aliaque ſunt quoddam veluti Principis patrimonium, conflatum quidem ex bonis ſingulorum de univerſitate democratica, atque

in ſucceſſionem ſacrarum Virginum, demptis earum propinquis, admitti ſiverint; inque iſto ſuccedendi



jure

que uni illi tradita; ac propterea ea omnia *de Regalibus* eſſe dicuntur, quum ad Principem præcipue pertineant. Sed inter hujuſmodi *Regalia* jus accenſetur ſuccedendi in bonis eorum omnium, qui ſine legitimis heredibus, nulloque condito teſtamento, mortem obeunt: quod Principi peculiare ſemper, ac præcipuum habitum eſt. Legimus autem apud Plinium lib. x, epiſt. 89 privilegium quondam ab Auguſto de Nicenſibus latum fuiſſe, ut in bonis civis inteſtato decedentis, nulloſque habentis heredes, ſuccederent, cujus hæc ſunt verba: *Nicenſibus, qui inteſtatorum civium ſuorum conceſſam vindicationem bonorum a D. Auguſto affirmant, debetis vacare.* Atque illud ſingulare in univerſa antiquitate habetur exemplum. Conſtantinus autem primus fuit, qui ejuſmodi ſucceſſionum jus Curiis tradidit, quoad bona ſcilicet ſuorum Decurionum, qui ſine legitimis heredibus fato conceſſerint; eo certe conſilio, ut *Curia* habeat *ſalatium facultatum, cui deſit in functionibus numerus*

*per-*

jure Chriſtianus Lupus juſtitiæ Monaſticarum dotium titulum collocavit, quem docte admodum refellit

*perſonarum*; ut habetur in Cod. Theodoſ. lib. XII, tit. I, l. 123. Conſule & tit. 2, lib. V. ejuſdem Cod. *de bonis Decurionum*. Poſt Conſtantinum ejus filius Conſtantius idem privilegium impertivit omnibus legionibus, & ſocietatibus officiorum, ac procedente tempore cunctis Collegiis.

Eccleſiæ autem, & Monaſteria ann. CCCXLIX idem jus in bonis ſuorum Clericorum, & Monachorum nacta ſunt, ex pientiſſimorum Imperatorum Theodoſii, & Valentiniani munificentia; quorum Conſtitutio in Cod. Theod. lib. V tit. 3 ſic ſe habet: *Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aut Subdiaconus, vel cujuslibet alterius loci Clericus, aut Monachus, aut mulier, quæ ſolitariæ vitæ dedita eſt, nullo condito teſtamento decedat, nec ei parentes utriuſque ſexus, vel liberi, vel ſi qui agnationis, cognationiſque jure junguntur, vel uxor extiterit; bona, quæ ad eum pertinuerint, ſacroſanctæ Eccleſiæ, vel Monaſterio, cui fuerat deſtinatus, omnifariam ſocientur: ex-*

lit Bernardus Vaneſpenius in Diſſertatione ea de re conſcripta. Non illud inficior, quod in illius Impera-



*exceptis iis facultatibus, quas forte cenſibus adſcripti, vel juripatronatus ſubjecti, vel Curiali conditioni obnoxii, Clerici, vel Monachi cujuſcunque ſexus, relinquunt. Nec enim juſtum eſt, bona, ſeu peculia, quæ aut patrono ligibus debentur, aut domino poſſeſſionis, cui quis eorum fuerat adſcriptus, aut ad Curias pro tenore dudum latæ Conſtitutionis ſub certa forma pertinere noſcuntur, ab Eccleſiis detineri.* Atque hæc prima fuit Conſtitutio, qua Eccleſiis, & Monaſteriis novum acquirendi jus tributum eſt; ſed eadem prorſus lege, iiſdemque conditionibus, ſicuti Collegiis, & Curiis, nullis nempe extantibus legitimis heredibus, ſive ex teſtamento, ſive ex conſanguinitate. Neque vero quiſquam hanc legem, veluti minus æquam in Eccleſiam, propter temperamentum, quod habet, traducat. Tam enim cunctis eccleſiaſticis viris ipſam fuiſſe acceptam, ex veterum monumentis comperimus; quam magnificas fuiſſe laudes legimus, quibus Taurus Præfectus Prætorio fuit cumulatus. Is enim Impera-

ratoris Novellis cautum eſt: ſed illud inſpiciendum erit, an juſtitiæ publicæ, de qua mox pauca attingam,

peratoribus eam legem ſuaſiſſe non ſine veriſimilitudine putatur, quum, pro ea temporum ratione, rogantibus Præfectis, leges pene omnes ferrentur. Hinc Sanctorum Patrum plenæ ampliſſimis verbis ad Taurum datæ litteræ, quibus ſapientis, pii, æquitatis ſtudioſi, doctique nomine decoratur. Adeſis Theodoretum epiſt. 88, & Iſidorum Peluſiotam epiſt. 363, lib. III, & lib. V epiſt. 40.

Univerſa autem Eccleſia ſatis longo tempore, nunquam ab hujus Conſtitutionis præſcripto, in Clericorum ſucceſſionibus receſſit. Sic Divus Gregorius ad Petrum Subdiaconum, patrimonii D. Petri in Sicilia Defenſorem ſcribens, epiſt. 44, lib. I ait: *Cognovimus etiam*, *quod nonnullis conductoribus morientibus*, *parentes ſui non permittuntur ſuccedere*; *ſed res eorum ad uſus Eccleſiæ pertrahuntur*: *de qua re definimus*, *ut parentes morientium*, *qui in poſſeſſione Eccleſiæ degunt*, *heredes eis ſuccedere debeant*; *nec aliquid eis de ſubſtantia morientium ſubtrahatur*. Si igitur ex ſanctiſſimi Pontificis decreto,

gam, earum uſus adhæreat. Plane hujuſmodi Novellæ, velut a jure publico diſſidentes, nequaquam

E 4 obti-

to, Eccleſia, nonniſi legitimis heredibus deficientibus, poterat ſibi attribuere bona illa, in quibus, quum ſervorum adſcriptitiorum eſſent, majus jus habebat; eo profecto minus bona Clericorum, qui majori libertate fruebantur, par erat ut ſibi vindicaret. Non abſimili ratione Concilium Triburienſe an. MXXXV ſtatuiſſe fertur: *Quicunque ex gradu eccleſiaſtico ſine teſtamento, & ſine cognatione deceſſerit, hereditas ejus ad Eccleſiam, ubi deſervivit, devolvatur. Similiter de Sanctimonialibus*. Nec me latet ab Antonio Auguſtino, Stephano Balutio, Piteo, aliiſque in ſuis ad Gratiani part. II, cauſa 13, quæſt. I adnotationibus, Canonem illum ut adulterinum, nec immerito, reputari. Verumtamen utcunque ſuppoſititius erit Canon, quum tamen relatus appareat in ſuis Commentariis a Burchardo, Ivone, atque ipſo Gratiano; inde veriſſime deduci poteſt, hanc fuiſſe ea de re tunc temporis Eccleſiæ diſciplinam. Quocirca Gratianus eodem illo loco ita exponit Canonem LVI Concilii

obtinuerunt (19) in quamplurimis Principum ditionibus, ac præſertim in Gallia, ut dudum teſtatus eſt vir forenſi uſu attritus Petrus Rebuffus in *Pragm. ad Conſtit. Reg. gloſ.* 5, quod itidem ſcripſit Gulielmus de Benedictis in *c. Raynut.* *de*

cilii Agatenſis: *Sed ſi Epiſcopus, vel quilibet ex gradu eccleſiaſtico inteſtatus defunctus fuerit, nec aliqui inventi fuerint, qui jure cognationis ei ſuccedant; Eccleſia ſua ei ſuccedat in integrum: nec licebit alicui aliqua ex rebus ejus præſumere.*

(19) *Nequaquam obtinuerunt*. Utrum Juſtinianus Novellarum omnium, quæ ſub ejus nomine circumferuntur, auctor ſit germanus, nec ne, magnam adhuc dubitationem habet. Novem enim Conſtitutiones, quas ille laturas promiſit, recte ex Codice repetitæ prælectionis intelligi poſſunt. Sed ea de re conſulendus Offmannus in hiſtoria Juris Juſtinianei. Utcunque autem illud erit, certe ſatis conſtat, ſero admodum Novellas illas in Italia cognitas fuiſſe: ſique vim ullam quandoque habuerunt, eam profecto nactæ ſunt induſtria & opera Eccleſia-

*de teſtam.*; ac Panormitani, & Felini auctoritate ſatis jam ſuperque probavit, Monaſterium loco liberorum numquam haberi poſſe. Petrus Gudelinus, vir in Academia Lovanienſi facile princeps, ſcriptum reliquit, Novellas Juſtiniani conſti-

E 5 tu-

ſiaſticorum. Ita rem narrat Corringius cap. xx, de origine Imp. German.: *Ante Lotharium in Italia juris Romani, & quidem maxime Juſtinianei uſus aliquis arbitrarius ſuperfuit, exiguus ubivis, frequentior tamen Romæ, inque aliis Exarchatus locis, quam in Regno Longobardico; Novellarum præcipue fuit auctoritas in rebus eccleſiaſticis nonnullis*. Revera quidem Jus Juſtinianeum cœpit uſurpari in Italia ex quo Innocentius II Gratiani Decretum, aliarumque Decretalium Collectiones per omnes fere chriſtiani orbis regiones accipiendas adlaboravit: de quo Pontifice ita loquitur Ordericus Vitalis, qui fuit ejus æqualis, in ſua Eccleſiaſtica Hiſtoria: *Multa eis Papa de priſcis Codicibus prolata propalavit, inſignemque ſacrorum decretorum textum congeſſit. Sed nimis abundans per univer-*

*ſum*

tutiones, de hac Monaſteriorum ſucceſſione loquentes, in Flandria bono reipublicæ contrarias ſemper eſſe habitas, & idcirco numquam viguiſſe. Quod ita uſque factitatum memoriæ prodidit Zipæus, & Peretius in *Cod. tit. de ſacroſ. Eccleſ.* atque idem hoc Ludovicus Mo-

*ſum orbem nequitia, terrigenarum corda contra eccleſiaſtica ſcita obduravit: unde remeantibus ad ſua magiſtris Apoſtolica Decreta paſſim per Regna divulgata ſunt.* Id igitur agebat Romanus Pontifex, ut ab omnibus Principibus Gratiani Decretum reciperetur. Verum illi excipiebant, in iis dumtaxat rebus Decretum ſe admittere, quæ juri Cæſareo, ac legibus municipalibus contrariæ non deprehenderentur. Quamobrem conſtituit Lotharius Imperator, Bononienſi Academiæ exponendum proponere volumen legum Juſtiniani: eo certe conſilio, ut mature dignoſceretur, quibus in rebus Jus Juſtiniani a Jure Pontificio diſcreparet. Interea Eugenius II, qui proxime poſt Innocentium Romanus Pontifex creatus eſt, ra-

Molina in Luſitanorum ditione obtinere oſtendit, ut de Aragonenſi Regno ſcribit Belluga. Jam in Italia hoc idem receptum eſt, & Peregrinus peculiare Patavii ſtatutum in deciſionem 138. intulit. Quin immo ex epiſtola 13. lib. 7. Sancti Gregorii (20) palam fit,



ratus Juſtiniani leges nimiam in Italia ſibi arrogare auctoritatem, nihil antiquius habuit, quam illis opponere Jus Pontificium, quod Gratiani Decreto continetur: effecitque, ut hanc quoque eccleſiaſtici Juris partem publice in Bononienſi ſchola Doctores interpretarentur. Hæc certe fuit in Italia cauſa & origo Juris Juſtinianei: ex quo ſimul illud apparet, Principes in iis ſolis capitibus leges Pontificias ſuſcepiſſe, in quibus juri Civili, ac Municipali minime repugnarent.

(20) *Gregorii Papæ*. Præter locum ab Auctore indicatum, proſtat alia ejuſdem Pontificis epiſtola numero 6 lib. III, quæ factum prodit cujuſdam Petronillæ Sanctimonialis, quæ ſuarum facultatum par-

in ipſa Italia Juſtiniani Novellas, quamvis non multo jam tempore prodiiſſent, nuſquam obtinuiſſe: adeoque præclare admodum inquit Accurſius, Monachiſmum capitis diminutionem parere, omnis ſcilicet interitum juris, quo civium quiſque utitur. Inter civium jura utique ſucceſſiones, quas in defuncto-

partem filio, partem Monaſterio, in qua degebat, donaverat. *Perlatum eſt ad nos, Petronillam nomine, de Provincia Lucania genitam, per exhortationem Agnelli Epiſcopi, fuiſſe converſam, reſque ſuas omnes, quas habere potuit, licet ſibi jure potuiſſent competere, tamen eaſdem Monaſterio, quod ingreſſa eſt, etiam ſpecialiter donationis titulo contuliſſe; morientemque prædictum Epiſcopum, dimidiam partem ſubſtantiæ ſuæ Agnello cuidam filio ſuo, qui Notarius noſtræ fertur eſſe Eccleſiæ, atque dimidiam eidem Monaſterio reliquiſſe.* Ex cujus epiſtolæ ſententia liquido apparet, Monaſterium jus nullum ſuccedendi in bonis Monialium habuiſſe: alioqui nec neceſſarius fuiſſet titu-

ctorum hereditatibus habent, adnumerandæ ſunt.

XVII. Ex his, quæ hactenus narravimus, liquido probatur, Novellarum Juſtiniani conſtitutionum in Chriſtianis Europæ ditionibus rationem nequaquam habitam eſſe, ſed jus antiquum viguiſſe (21), quod cautum viſitur in *l.* 20 *Cod. de Epiſc.*,

tulus ille donationis Petronillæ, ut ipſi Monaſterio illa bonorum portio tribueretur; nec, ea decedente, reliqua rerum portio poterat aliis legari. Hinc collige vim nullam per id temporis habuiſſe Novellam illam, quam Monaſteriis facultatem tribuere ajunt, ſuccedendi in omnibus Monachi bonis; itaut ſemel monaſticum propoſitum profeſſus, omnem amitteret de rebus ſuis teſtandi poteſtatem.

(21) *Jus antiquum viguiſſe*. Jus antiquum, quod magis in Italia præ Novellis viguiſſe Auctor affirmat, Jus eſt Codicis Theodoſiani: idque apparet ex eadem illa, quæ indicatur *l.* xx, *Cod. de Epiſc. & Cleric.* Quæ lex integra ex

*piſc.*, *&* *Cler.* qua prohibetur, Monaſteria Monialibus non ſuccedere, niſi ubi omnes illarum propinqui deceſſiſſent; & *exceptis his facultatibus*, *quas forte cenſibus adſcripti*, *vel*

ex Codice Theodoſiano deſumpta, atque in Codicem ſuum ab Juſtiniano illata, argumento eſſe poteſt, priſcis illis temporibus Codicem Theodoſianum auctoritatem in Italia ſibi omnem conciliaſſe; nullam contra Juſtinianeum: quinimo diutius hic, poſtquam in lucem editus eſt, in pulvere, & tenebris jacuit. Condito enim per Theodoſium Codice, hunc mature, atque omni ex parte, a Valentiniano, qui in Occidente imperabat, receptum fuiſſe, ex ejuſdem Novella XIII eruitur, in qua ſic fatus eſt: *Glorioſiſſimus Principum Dominus Theodoſius*, *Clementiæ meæ pater*, *leges a ſe poſt Codicem Numinis ſui latas*, *nuper ad nos*, *ſicut repetitis conſtitutionibus caverat*, *proſequente ſacra præceptione*, *direxit*: *ut ſicuti uterque orbis individuis ordinationibus regitur*, *iiſdem quoque legibus temperetur*. Theodoricus autem Gothorum Rex, quamdium Italiæ

*vel juripatronatus ſubjecti, vel Curiali conditioni obnoxii, Clerici, vel Monachi, cujuſcumque ſint ſexus, relinquunt*, cujuſmodi legis verba ſunt. Atque illud animadver-

liæ Regnum tenuit, ejuſdem Codicis Theodoſiani leges ſemper uſurpavit: quo pertinet illud Caſſiodori apud eundem Theodoricum Præfecti Prætorii: *Delectamur jure Romano vivere, quos armis cupimus vindicare. Var. lib.* IV, *cap.* 43. Quinimo Edictum CL Capitum ex illius Codis legibus totum ab eo conditum eſt. Conſecuta deinde eſt, temporibus Alarici Regis, collectio Codicis Gothos inter, & Oſtrogothos, Breviarium Anniani appellatum, quod pariter ex pluribus legibus Codicum Theodoſiani, Gregoriani, & Hermogeniani, quin etiam ex Pauli Sententiis, ex Inſtitutionibus Caji, nonnulliſque Novellis congeſtum fuit: interea nulla Codicis Juſtiniani mentio.

Rebus ita conſtitutis, merito ait Auctor, Novellam illam, quæ ſub Juſtiniani nomine circumfertur, omnino auctoritati ejuſdem legis Codicis Theodoſiani locum concedat oportere. Atque hinc

vertendum eſt, ideo hanc legem noviſſimo loco Monaſteria, non Fiſcum ad ſucceſſionem vocare, quia ab illis Principibus ſatis jam receptum erat, ſua jura in ſubditorum bonis minoris fore momenti. Siqui-

hinc aliud argumentum depromitur. Etenim ſi ab Juſtiniano eadem illa lex xx, è Codice Theod. in ſuum traducta eſt, inde certe comperimus, non aliter, quam ſecundum eamdem tunc temporis viguiſſe diſciplinam. Aliter enim quid attinebat ab Imp. Juſtiniano eam in ſuam novam collectionem referri? Niſi adeo levem Juſtinianum licet effingere, ut eamdem Conſtitutionem paulo poſt alterius Novellæ promulgatione voluerit abrogare. Ad extremum, præterquamquod incerta admodum eſt Novellarum auctoritas & vis, pleræque illarum ſunt adulterinæ, aliæ ſibi invicem omnino repugnantes. Exemplo nobis eſſe poteſt Novella cxxxi, quæ cap. 18, contra quam in lege Codicis xx præſcriptum erat, ſic ſancit: *Si Epiſcopus, Clericus, vel cujuſcunque gradus eccleſiaſtici Miniſterii, ſine teſtamento, & ſine cognatione de-*

quidem Leo Imperator (22), cui Sapiens nomen adhæſit, pulcre novit, quam Religioni, reique publicæ noxium eſſet, quod de ea re Juſtinianus edixerat: ideoque contra Novellas illas animi ſui ſententiam

*deceſſerit; hereditas ejus non ad Fiſcum, ſed potius ad Eccleſiam deferatur: &, ſi Diaconiſſa fuerit, ſimili modo.*

(22) *Leo Imperator.* Hujus Imperatoris Conſtitutioni magna auctoritas tribuenda oppido eſt. Fuit enim Leo omni liberali doctrina eruditus, cui ab impenſo philoſophiæ ſtudio, Philoſophi nomen inditum. Orientis Imperium non ſine laude rexit ab anno 886, ad annum 911. Novum legum Codicem, quem Baſilius Imperator ejus pater inſtituerat, abſolvit; quo illas leges complexus eſt, quæ pro temporum viciſſitudine, proque morum varietate, Imperii ejus temporis inſtitutis reſponderent. Cardinalis autem Baronius, poſtquam illius divinarum, & humanarum rerum ſcientiam, ſimul & pietatem præclaris laudibus ornavit, ad annum 911 ejuſdem Epiſtolam ad univerſos Chriſtianos deſcribens, addit: *Ha-*

tiam protulit in hæc verba : *Si quis dicat hoc ſolo nomine, quod Monachus ſit, Monaſterium omnia percepturum, haud ſcio, ſi iſtius modi, quæ Monachos deceant, ſtatuat. Primum enim an qui homines opum contemptum profeſſi ſunt, hos ita illas ampleᵭi, ac quacunque ratione retinere convenit. Deinde ſint alicui cognati pauperes, aliquive noti, qui conſolatrice manu indigeant: quomodo non ab omni humanitate alienum, nullo illos ex cognati rebus ſublevamine dignari, tamquam non modo peregrinos, ſed & cognatos, amicoſque propellere, atque omnia ad ſe trahere, Monachis decorum ſit?*

XVIII. In ea ſapientis Principis con-

*Haᵭenus Epiſtola circularis Leonis Imperatoris. Ita plane quum vel Philoſophi Chriſtiani regnant, vel Reges philoſophantur.*

conſtitutione paullulum immorari libet, ut penitius introſpiciatur, quantum publicæ juſtitiæ referat, præſentem Monaſticarum dotium conſtituendarum rationem e medio tolli. Jam Leo Archiepiſcopo Conſtantinopolitano ſcribens, profeſſionis Monaſticæ paupertatem expendere non deſtitit, de qua ſecundum Chriſti, Eccleſiæque ſpiritum edixit. Principes ſiquidem canonum diſciplinam, velut præcipuam Principatus juſtitiam ſectari debent. Nempe Chriſtiana religio majorem vim, ac poteſtatem juriſprudentiæ attulit. Hinc Imperium ſemper cum Sacerdotio cohæreſcit, quod vel ex eo facile intelligi poterit, quum Codex Theodoſianus nihil

*tur. Porro ſuæ pariter veſtigia pietatis impreſſa reliquit etiam in Commentario, quo res bellicas pertractavit, &c.*

hil aliud ſit, quam Chriſtianorum Imperatorum complexio legum. Ad hanc rem in laudato Codice proſtat *l.* 45 *de Epiſcopis*, quæ Canonum vetuſtatem ſacroſanctam ſervari jubet: *Omni*, inquit, *innovatione ceſſante, vetuſtatem, & canones priſtinos Eccleſiaſticos, qui nunc uſque tenuerunt, per omnes Illyrici provincias ſervari præcipimus* (21). Ad quæ verba præclare

(21) *Per omnes Illyrici provincias ſervari præcipimus*. Cum in rebus aliis omnibus, tum maxime in iis, quæ ad Chriſtianam Religionem pertinent, majorum inſtituta vigere ſemper debent: propterea quod in conſtitutionibus Eccleſiæ quo magis ſurſum aſcendimus, ac primœva illa tempora repetimus; eo magis ad ſuam originem, hoc eſt, ad ipſum veritatis fontem accedimus. Hoc adeo omnibus eſt perſuaſum, ut inſtituta etiam illa, quæ recens prolata ſunt, vetuſtatis imagine veſtiri, atque ornari cernimus: nec quemquam reperire eſt, qui

re admodum adnotat Gothofredus: *In hac tandem conſtitutione egregium exemplum habemus principalis auctoritatis, & poteſtatis in canonica diſciplina tuenda, ſanciendaque*. Deinde vero & illud animadvertit, Monaſteria in bonorum ſucceſſione non eſſe propinquis anteponenda. Poſtremo adnotat, ipſa Monaſteria in ea re neque amicis, neque peregrinis præferri oportere: unde

qui, ubi errorem ſuum tueri velit, protinus ex antiquitate auctoritatem illi conciliare non adlaboret. Velut in hac ipſa lege ab Auctore allata, quæ novam prorſus rem quum complectatur, atque adeo veterum Canonum inſtitutis contrariam; tamen, velut ex priſtino jure promanans, effertur. Nimirum ſacra Reſpublica Civilis regiminis formam imitata olim eſt; itaut Eccleſiarum Metropolitani nonniſi in illis Civitatibus, quæ plurium Provinciarum veluti capita eſſent, conſtituti ſint. Igitur ex veteri inſtitutione Occidentis Patriarcha jus Metro-

unde vis juris publici ſatis argui-
tur. Quotus enim quiſque æquo animo feret, fortunas noſtras longo labore partas, ex quibus omnis imperii felicitas profluit, in ejuſmodi hominum poteſtatem incidere, qui in rerum divinarum contemplatione ſe penitus abdiderint; quique perfectam Chriſtianæ vitæ rationem ineuntes, rerum terrenarum commercium, commodaque reſpuerint, quum

tropoliticum in omnes Illyrici Eccleſias obtinebat, quum regio illa tota Præfecto Prætorio Occidentis pareret. Poſtmodum autem Theodoſius major Illyricum duas in provincias partitus eſt, quarum alteram Præfecto Prætorio Orientis attribuit. Poſtquam vero Conſtantinopolitanus Epiſcopus Orientis Patriarcha per Concilium Generale II renunciatus eſt, auſam inde arripuit illius Illyrici Provinciæ, quæ Orienti adjecta nuper erat, juriſdictionem ſibi aſſerere. Quod per ſummam injuriam a Conſtantinopolitanis Patriarchis ſuſceptum eſt. Etſi enim

quum id magno eſſet detrimento urbi, quam omni beatitate mactare debemus? Hoc nihil aliud foret, quam multas urbis partes profligare, & cujuſque corporum civilium inſtituta, ac religionis leges ſubvertere. Et quidem præſens Monaſticarum dotium conſtituendarum ratio impedit, quominus ſacra iſthæc Collegia chriſtiana perfectione augeſcant, quin potius omnem ſancti-

nim Eccleſiarum Metropoles pro civilis regiminis ratione conſtitutæ ſint; id tamen juris obtinuit in prima illa Provinciarum deſcriptione, quo tempore Illyricum, ſicuti totum Præfecto Prætorio Occidentis ſuberat, ita Romanum Pontificem agnoſcebat Patriarcham. Ac proinde perperam Conſtantinopolitani Patriarchæ jura vetera obtrudebant: quum potius juriſdictionem illam in Illyrici Eccleſias uſurpando, veterem inſtitutionem infringebant: quæ ſemel quum eſſet conſtituta, nullo deinde pacto variationi civilis regiminis erat obnoxia. Ita ni-

ſtimoniæ tramitem intercludit. Atque id nunc agimus, quod nec ipſæ gentes cum Veſtalibus agererunt (22), quibus, teſte Plutarcho, ea omnia dederunt privilegia, quæ legum Papiarum ævo matribus familias tributa ſunt, atque adlaboratum tunc eſt, parvum earum Collegium ſervari, quæ etiam procul vitæ negotiis

nimirum Alexandrum Epiſcopum Antiodenum alloquitur. Innocentius I: *Nam quod ſciſcitaris, utrum diviſis imperiali judicio Provinciis, ut duæ Metropoles fiant, ſic duo Metropolitani Epiſcopi debeant nominari, non ergo viſum eſt ad mobilitatem neceſſitatum mundanarum Dei Eccleſiam commutare, honoreſque, aut diviſiones perpeti, quas pro ſuis cauſis faciendas duxerit Imperator. Ergo ſecundum priſtinum Provinciarum morem Metropolitanos Epiſcopos convenit numerari.*

(22) *Cum veſtalibus egerunt.* Sacras noſtras Moniales Veſtalium etiam nomine quandoque a Scriptoribus appellatas comperimus, ducti certe ſimilitudine quadam, quæ inter utriuſque inſtitutum in-

tiis aberant. Jam vero præſens uſus plerumque ipſi ſpiritus vocationi officit, & non parum reipublicæ detrimenti parit. Pater ſcilicet familias, qui tanta egeſtate adflictatur, ut quum unam filiolam habeat, pro more temporis nuptui tradere nequeat; aut quum plures habeat filias, non tantæ ſuppetant

F ſa-

intercedit. Ceterum Veſtales, ex Albanis more deſumpto, quatuor primum Romæ a Numa creatæ, poſtea vero ad ſenarium numerum auctæ: *Ut populus* (verba ſunt Feſti verb. *Veſtalis*) *pro ſua quiſque parte haberet miniſtram Sacrorum: quia civitas Romana in ſex eſt tributa partes*. Hæ autem plurimis ceremoniis, vel potius ſuperſtitionibus imbutæ, a ceterorum civium conſuetudine ſemotæ, vitam agebant ab aliis negotiis omnibus immunem. Itaque earum munus, æternos Veſtæ ignes ſervare; ſancte ac pie rebus ſacris operam dare; pietatem peculiari quadam ratione colere; inceſſu habituque morum ſanctitatem omnem præſeferre, ut vel a minima

facultates, ut omnes in matrimonium collocare valeat, ingenti animi perturbatione diu noctuque vexabitur, ac maritum, nec dum illius meritis expenſis, quærere cogetur, eaque omnia, quæ decoram, ac bene educatam familiam augeſcere valeant. At ne matrimonia in civitatem turbas conciant, jam quidam fundi ad ferenda connubii onera adſint neceſſe eſt: ideoque in ple-

nima levitatis ſuſpicione abeſſe deberent. Sed juvat Aulum Gellium audire, qui lib. 1, cap. 12 de Veſtalibus loquens, hæc ait: *Præterea in commentariis Labeonis, quæ ad* XII *Tabulas compoſuit, ita ſcriptum eſt: Virgo Veſtalis neque heres eſt cuiquam inteſtato, neque inteſtatæ quiſpiam: ſed bona ejus in publicum redigi ajunt. Id quo jure fiat, quæritur.* Nimirum Veſtalis, ſtatim ac in id Sacerdotium a Pontifice Max. lecta, in Ædem Veſtæ deducta erat, patriam poteſtatem exiſſe intelligebatur: ac proinde non ſecus atque emancipata, nullum habebat jus ſucceden-

pleriſque regionibus pauperum familiarum connubia vetantur. Si igitur vetus Canonum diſciplina integra reſtitueretur, in cunctas civium familias iſthæc commoda fluerent. Peterent Monaſteria Virgines, præterquamquod paternas domos ad incitas redigerent; feſtinarentque Deo Virginitatem dicare, ſuffragantibus majorum, civiumque fundationibus. Hæc ſiquidem Mo-

F 2 na-

dendi in rebus agnatorum; ſicuti nec agnati in ejus bonis: quin nec Collegium ipſum ipſius hereditatem fas erat ſibi vindicare: propterea quod, ajebant Romani, nunquam Sacerdotium, ſive Religio anſam præbuiſſe congerendi divitias cenſenda eſt. Quare Reſpublica earum bonorum hereditatem ſibi adjudicabat. Nec defuere honores, quos a Civitate ſane inſignes illis delatas ex veterum monumentis apparet: ſic enim ait Seneca, Veſtales compellans controv. VI, cap.8: *Tibi Magiſtratus ſuos faſces ſubmittunt, tibi Conſules, Prætereſque via cedunt.*

*Num-*

naſteria, velut tot ſeminaria excitata ſunt Virginum, quas Domino peculiari quodam modo dedicatas voluit Chriſtianorum pietas. Numquid non contra defunctorum voluntatem erit, pietatis hujuſmodi opera mercimonio ſubdere, & venalitia reddere (23)? His igitur locis Virgines, nulla mercede ſolu-

*Numquid exigua mercede Virgo es?* Sed illud majoris momenti: legimus enim Veſtalibus, ne unquam nuptias appeterent, *jus trium liberorum* tributum eſſe, quo ſcilicet poſſent teſtari, atque a perpetua tutela liberarentur: quod jus antea unis matribusfamilias, quæ tres liberos ſuſcepiſſent, dabatur. Quo magis Chriſtiani honores omnes, & jura noſtris devotis Virginibus haud ægre deferre debemus, quæ, ſi quando denegentur, periculum foret, ne illæ a ſancto propoſito unquam avocentur.

(23) *Venalitia reddere*. Nimirum Monaſteriorum fundatores, rati nuſquam melius opes ſuas collocare, illud cum ma-

luta, frui, omnia jura expoſcunt. Nec tamen dices, quum loca iſthæc ſtatutus Monialium numerus occupaverit, quæ adſcribi deinde concupiverint, victus mercedem exſolvant oportere. Nam etſi erit alibi locus, ubi huic difficultati faciam ſatis; nunc tantum reſpondeo, nihil obeſſe, quominus ſupra nume-



maxime propoſitum habuere, ut egentioribus præſertim locum in conſtructis ab ſe ædificiis pararent. Eos grafice D. Auguſtinus, etſi aliud agens, deſcribit Conc. III in Pſalm. 103, inquiens: *Et enim cedri Libani nobiles, & divites, & excelſi hujus ſeculi, quoniam cum timore audiunt: Beatus qai intelligit ſuper egenum & pauperem; attendunt res ſuas, villas ſuas, & omnes ſuperfluas copias, qaibus videntur excelſi; & præbent illas ſervis Dei: dant agros, dant hortos, ædificant Eccleſias, & Monaſteria; colligunt paſſeres, ut in cedris Libani nidificent. Attendite totam terram, ſi non ita eſt . . . . . Minuti hujus ſeculi paſſeres* vi-

rum Virgines admittantur, in loca vacantia poſtmodum ingreſſuræ; intereaque Monaſterio alimenta exſolvant. Modo proſpectum fuerit, ne earum numerus præter modum excreſcat: tunc enim res haud ex ſententia cederet; quum nimia multitudo imperio, & religioni officeret, quæ parvo, bonoque contenta eſt.

XIX. Quæ hactenus recenſuimus incommoda, obvenient certe, ſi patres familias tenues, ac pauperes ſint: jam vero ſi opulenti fuerint, ſuas rationes ſubducunt, magiſque nuptui, quam Monaſterio tradere filias optant. Atque hinc fit, ut cæleſtis vocatio præpediatur, quam te-

*videntur. Quid magnum dimiſerunt? Alius ſe convertit; dimiſit cellam patris ſui inopem; vix unum lectum, & unam arcam,*

tepefacere, ac penitus extinguere parentum imperio numquam difficile erit. Sic in urbe Lycio, ceteriſque ejus provinciæ urbibus, vir nobilis filiam Monaſterio traditurus, rationes ſupputat, planeque comperit, collectis in unum certis, incertiſque expenſis, bis mille aureorum plus minus neceſſarium fore. Jam ſi is minus ſpirituali filiæ vocatione delectabitur, eam nuptui collocare ſatius duxerit, etiamſi aliquid amplius erit exſoluturus; quum perſpexerit, ſi eam Monaſterio tradiderit, nihil ſpei reliquum fore, ad familiam dotem reverti: ac proinde novas cognationes nanciſci, filiamque in oculis ferre, cum



*eam: convertit ſe tamen, factus eſt paſſer, ut nidificaret*. Hæc ad noſtri temporis Monachos referri merito poſſunt.

eaque libere agere mature conſtituet: potiora enim duxerit commoda illa omnia, quæ ab ſe comparatum iri arbitrabitur, ſi filias in matrimonium dederit. Atque hoc, quod huc uſque dictum eſt, non ad unos tantum nobili genere editos, ſed & ad cujuſvis conditionis parentes pertinet, & ubique Regni hujus receptum eſt.

XX. Inquiet fortaſſe quiſpiam, hoc ſane impedimentum Reipublicæ tantum prodeſſe, velut hominum genus latius propagaturum. Sed qui ita loquetur, reſponſum Sozomeni accipiet, qui dum de Papiis legibus loquitur, mirum ſibi videri ait, eas leges ſancitas eſſe, acſi humani generis propagatio ex noſtris votis

(24) *Impudenti licentiæ*. Hujuſce rei teſtimonium exhibet Dio Caſſius, qui hiſtor. lib. LVI Auguſti Romanos objurgan-

tis dimanare poſſet: quum cetero-quin mortalium numerus nunc creſcat, nunc deſcreſcat Divinæ providentiæ nutu. Procul faceſſant maledicta de cœlibatu, quem fidei ſanctitas commendat. Quidquid mali in hominum genus fluit, potius effræni licentiæ, quam cœlibatui erit tribuendum. Plane celebris Auguſti lex, velut quidam ſalubriorum ea de re conſtitutionum codex fuit. Aliquot ejus Legis fruſta, quæ per Ulpiani fragmenta, & Digeſtorum ſcita vagantur, ſatis oſtendunt, non tam prodiſſe, ut civium ſolitudini occurretur, quam bellorum furor intulerat; quam ut modus peneretur impudenti licentiæ (24), quæ plurimum officit ge-

F 5 ne-

gantis orationem in hæc verba refert: *Vos autem neque præmia appetentes, neque pœnam timentes, omnibus his ſpretis,*

*ac*

neris propagationi; quum hæc non aliunde, quam ex honeſtis civium connubiis pro bono reipublicæ exiſtat. Immo ipſæ leges Juliæ Virginum cœlibatum iiſdem privilegiis, quibus matrimonia, exornarunt: quum hoc ſatis perſpectum eſſet, religioni, imperioque prodeſſe, ubi huic per-

*ac quaſi in nulla viveretis civitate, conculcatis, expeditam iſtam, ac liberam vitam extra matrimonium, & ſine ſobole prætuliſſe vos dicitis, quum interim latronibus, ac immaniſſimis belluis nihilo præſtetis: neque enim adeo ſolitudo vos vivendi capit, ut abſque mulieribus degatis, ac non quilibet veſtrum menſæ ac lecti ſociam habeat; ſed licentiam libidini, ac laſciviæ veſtræ exercendæ quæritis*. Etenim, ut ajebat Simo in Terentii Andria act. I, ſc. II, *Omnes, qui amant, graviter ſibi dari uxorem ferunt*. Contra Romani, quo ſuam liberius vivendi licentiam obtegerent, illud ex fuga & abſtinentia nuptiarum boni nanciſci affirmabant, ne ſcilicet incommoda & moleſtias uxorum ſubirent. Quibus appoſite

perfecto hominum generi publice, ac rite aliquid deferatur.

XXI. Hæc eadem rationum momenta fuere, quæ ſuperioribus annis urbem Neapolim adire ad Principem impulerunt, ut de Monaſteriorum ſucceſſionibus illud idem conſtitueretur, quod jampridem in

F 6 Gal-

ſite apud Gellium lib. I, cap. 6 reſpondit Metellus: *Si ſine uxore, Quirites, poſſemus eſſe, omnes ea moleſtia careremus. Sed quoniam ita natura tradidit, ut nec cum illis ſatis commode, nec ſine illis ullo modo vivi poſſit; ſaluti perpetuæ potius, quam brevi voluptati conſulendum.* Sed eam legem ſemper fuiſſe Romanis inviſam, quin etiam multitudinis diſſenſu fuiſſe aliquando ſublatam innuit Propertius, qui, ſicuti primo legis ſeveritatem ſe odiſſe oſtendit, ita ſubinde eamdem cum amica ſua lætatur fuiſſe antiquatam:

*Gaviſa eſt certe ſublatam Cynthia legem,*
*Qua quondam edicta flemus uterque diu,*
*Ne nos divideret.* lib. II, eleg. VII.

Gallia obtinuerat (25). Id palam facit Rovitus in *conſ.* 44. *tom.* 1. *n.* 16. cujus hæc ſunt verba: *Quæ quidem ratio differentiæ eſt tantæ efficaciæ, ut in aliquibus regionibus, & ſignanter in Francia, religioſi cujuſcumque ordinis, etiam non mendicantis, non ſuccedant ullo modo de conſuetudine illius provinciæ, teſte Guliel. Bened. in Cap. Raynut. in verb. & uxor. nom. Adelas: quam quidem conſuetudinem mul-*

(25) *In Gallia obtinuit*. Legem *amortizationis*, ſive ad manus mortuas, vulgo ex Francici Regni inſtitutis primum promanaſſe putant: ſed longius illam repetere licet. Siquidem adeo civilis ſocietatis commodo conſentaneum habitum ſemper eſt, ne Eccleſiaſtici extra modum bona civium occuparent, ut a primis fere Eccleſiæ temporibus a Conſtantino lex illa prodita ſit. Is enim ſacros Miniſtros tributorum ſolutione vacare juſſit: ſed pariter neminem in eum Sa-

*multis rationibus comprobat idem Guliel. ibid. & ſignanter affert unam, quæ tangit ad vivum illam, quam in hac cauſa deduxit fideliſſima civitas Neapolitana, quæ ſubintravit in hac cauſa pro intereſſe Reipublicæ, ut in memoriali &c: quia ſcilicet ſi Monaſteria ſuccederent, omnia bona temporalia infra breviſſima tempora pervenirent ad Monaſteria per hujuſmodi ſucceſſiones, quum vix reperiatur Domus, ſi-*

Sacrum Ordinem cooptari edixit, niſi cui anguſta res familiaris eſſet. *Opulentos enim ſeculi ſubire neceſſitates oportet; pauperes Eccleſiarum divitiis ſuſtentari.* In hæc enim verba edicitur in l. VI Cod. Theodoſ. tit. de Epiſc. Eccl. & Cleric. Unde ſic licet argumentari. Si opulentis propterea aditum ad ſacri miniſterii Ordinem præcludi jubetur, ne ſcilicet eis careat Reſpublica, qui rite publica munera obire valeant; quidni ad civilis ſocietatis incolumitatem pertine-

*ſignanter de Nobilibus , quæ non habeat filios, aut filias , aut alios conſanguineos religioſos, & ſic tota armata, & pecuniæ ſubſidiaria potentia reipublicæ alumna, ipſiuſque Eccleſiæ cultrix , vacua remanet.* At nihiloſecius hæc expoſtulatio tunc temporis non ultra progreſſa eſt: & nunc malum adeo ingraveſcit, ut, niſi ei occurratur , periculum ſane erit , ne tota Civium vita in ancipiti conſtituatur.

Apud

nere dicendum ſit , fundos ad publicas neceſſitates, in æquabili omnibus civibus commercii jure tueri? Dives enim facile ad inopiam recidere poteſt ; fundus autem, ſive alia bona immobilia ſemper fere eadem manent . Quod ſi , ut ſunt legis verba , *oportet pauperes divitiis Eccleſiarum ſuſtentari ;* videant quam res ſit abſurda, inopes a Monaſteriis arcere, quod pecuniæ largiendæ , dotique conſtituendæ minime ſint pares . Ad eamdem Conſtantini legem reſpexiſſe vide-

Apud nos ſæpe ipſum piæ cauſæ nomen, quod forte carnali, venalique rei inditum fuerit, in abſurda hujuſmodi prolabi nos compulit, cujuſmodi exemplorum plena noſtrorum volumina ſunt. Quænam Galliæ Regni ea de re conſuetudo fuerit, palam fit ex multis rerum judicatarum monumentis, quæ omnia cum Canonum puritate apprime cohærent. Plane Franciſcus Marcus in Delfinatus deciſionibus, &

detur D. Baſilius, qui in epiſtola ad Præfectum Modeſtum ita ſcribit: *Quum Conſtitutio emiſſa præcipiat, nullum deinceps Decurionem, vel ex Decurione progenitum, vel etiam inſtructum idoneis facultatibus, atque obeundis publicis muneribus opportunum, ad Clericorum nomen, obſequiumque confugere; ſed eos de cetero in defunctorum dumtaxat Clericorum loca ſubrogari, qui fortuna tenues, neque muneribus civilibus teneantur obſtricti & cet.*

& præſertim in deciſ. 962. conſulto in eam rem, qua de agitur, ſcribit, expenſarum aliquid exſolvi non licere: nec pigebit illius verba proferre, ſic ajentis: *Quæritur an ſit licitum aliquid accipere pro in-*

(26) *Cænas, aut jocalia*. Quæ hoc loco Franciſcus Marcus in diſputationem inducit, refellitque ut chriſtianæ profeſſioni contraria, ex veterum illorum Monachorum, & Clericorum agendi ratione originem duxiſſe videntur, qui, quo tempore ſacra ordinatione initiabantur, cæna, epuliſque collegas ſuos excipiebant; idque ut ſolemne gratulationis munus ab iis, qui ad ſacram ordinationem accedebant, exigebatur. At Paſchalis II. Rom. Pont. opportune hujuſmodi pravum agendi morem damnat in *Cap. Si quis X*, *quæſt. 3: Ne quis paſtum, vel paſtillum, ante, vel poſt ordinationem, beneficiive eccleſiaſtici poſſeſſionem ſolvat.* Sic itidem Innocentius II. in *Cap. fin. I*, *quæſt. 3: Nec pro paſtu, nec ſub obtentu alicujus conſuetudinis, ante, vel poſt a quoquam aliquid exigatur; vel ipſe ordinatus dare præſumat, quoniam ſimoniacum*

*ingreſſu Monialium : & dicendum eſt, quod non : Cap. non ſatis, & Cap. quoniam de Simon. Et pariter non eſt licitum ante, aut poſt receptionem facere paſtus, prandia, ſive cœnas, aut jocalia* (26) *ſeu pe-*

*cum eſt*. Ex quibus locis nemo non videt, etiam illa, quæ poſt ordinationem dabantur, vetita omnino fuiſſe, quo ſcilicet omnis illis eriperetur excuſationis ratio, qui ajebant, quæ, ſive a Clerico, ſive Monacho poſt ſui ſolemnem initiationem præbentur, quum ad ipſam initiationem nihil pertinerent, Simoniæ vitio carere. Jam pridem enim D. Baſilius ad ſuos Presbyteros in epiſtola canonica ſcripſerat : *Quod eſt eorum artificium, dicam : exiſtimant enim ſe non peccare, quod neque ſimul accipiant, ſed poſt ordinationem capiunt. Capere autem quandocunque, eſt capere.* Quin etiam Marcus Cicero eam cupiebat eſſe Romanorum abſtinentiam, ut poſt geſtum Magiſtratum nihil admodum a quoquam acciperent, ne quid gratiæ tribuiſſe viderentur. *Donum ne capiunto, neve danto, neve petenda, neve gerenda, neve geſta*

*pecunias dare etiam ad præſens uſum directe, vel indirecte: eo quod ingredientes pure, ſponte, & libertate pactione ceſſante dare voluerunt, alias incurrunt ſententiam excommunicationis ipſo facto, tam recipientes, quam dantes, reſervata abſolutione Sedis Apoſtolicæ &c.* Item Franciſcus Stephanus ita fuiſſe

*ſta poteſtate. Lib. III de leg.* Quæ autem de ſacris ordinationibus in Clericis conſtitutum huc uſque docuimus, & ad Monaſticam profeſſionem poſſe referri, quis non videt? Eadem quippe prorſus ratione, quum rem mere ſpiritualem complectatur, pari etiam ſanctimonia, eodemque jure pertractanda eſt, ne ullum omnino Simoniæ maculæ indicium ineſſe videatur.

(27) *Monaſteria turgerent.* Quod de Galliæ Regno ſapienter affirmat Franciſcus Stephanus, ad univerſos Orbis Chriſtianos pertinere, jure videor poſſe contendere. Eſt profecto, eritque nullo non tempore animadverſione dignum, ac Rei-

ſe decretum oſtendit : *Accedat Francicis moribus diſceſſum a communi juris diſpoſitione , jure optimo , ne facultatibus per ſucceſſiones Monaſteria turgerent* (27), *ceteris civibus tabeſcentibus , qui non poſſunt Monaſterio ſuccedere* . Sic quoque Joannes Corſerius in deciſ. 312. judicatum fuiſſe in Tolo-

Reipublicæ noxium , ſingula civium patrimonia ad inopiam indeſinenter prolabi , unis Monaſteriis quotidie magis diteſcentibus . Quod non perinde dictum intelligi volumus , ac ſi hujuſmodi devotorum hominum vitam idoneis opibus ſuſtentari , vitio tribui , aut ullo pacto reprehendum quis exiſtimet . Sacra Chriſtianorum Collegia ſuas facultates habere , æquum eſſe cenſemus , ac defendimus : modum dumtaxat adhiberi cupimus , ac ſarctam tectam ſervari ſacrorum Canonum auctoritatem ; quam omni privato conſilio potiorem duci , nemo ſanus diffitebitur . Sententiam hac de re ſecuti ſumus Divi Hieronymi , qui

loſano Conſilio prodit. Et Auferius adnotat, in ſententiam Sancti Thomæ eundum eſſe, ajentis, *quod pro ingreſſu Monaſterii non licet aliquid accipere, vel exigere quaſi pretium, ſed pro victu perſonæ recipiendæ licet aliquid recipere, ſi ad hoc non ſufficiant opes Monaſterii*. Præterea Guido Papà inter ceteras deciſiones octogeſimam ea de re conſcripſit, in qua expendit conſuetudinem, quæ Gratianopoli inoleverat, ut a parentibus pro filiabus in Monaſterium ingreſſuris, centum floreni exigerentur; &

qui ſæpe alias, ſed epiſtola ad Demetriadem, dum omni laude nobilium virorum liberalitatem celebrat, in ſublevando domeſticorum Dei inopia, interim Clericos, & Monachos emaces juſta animadverſione objurgat. *Fertur* (inquit) *& omnium chriſtianorum laude*

& ſcribere non dubitavit, ſibi videri nihil prorſus exigendum fore; quamvis adiecerit ſecus judicatum fuiſſe. Præſtat hujus viri verba proferre: *Tamen vidi in contrarium judicari, quia de tempore Dominæ Prioriſſæ Montis Fluritii ultimo defunctæ, quæ erat de cognomine nobilium Guiffredorum, vidi in hac Curia Parlamenti concedi plures litteras præciſas, vim ſententiæ diffinitivæ obtinentes, contra parentes Monialium, qui pro introitu filiarum ſuarum in dicto Monaſterio ſe obligaverant ipſi Dominæ*

*de celebratur, quidquid fuerat nuptiis præparatum, a ſancta Chriſti Synoride virgini traditum, ne ſponſo fieret injuria: immo ut dotata priſtinis opibus veniret ad ſponſum: & quod in rebus mundi periturum erat, domeſticorum Dei ſuſtentaret inopiam. Quis hoc credat? Proba illa, omnium*

*næ Prioriſſæ cum juramento, & aliis clauſulis opportunis. Sed credo, quod per inadvertentiam fuerint conceſſæ ipſæ litteræ præciſæ, ex eo quia pars rea hoc non opponebat: nec per ipſarum præciſarum conceſſionem, quamquam in contradictorio judicio conceſſæ fuerunt, poteſt induci aliqua valida conſuetudo, quum eſſet inductiva peccati. Et iſta eſt veritas. Ideo de iſtis admonebo dominos meos Parlamenti,*

*omnium dignitatum, & cunctæ nobilitatis in orbe Romano nomen illuſtrius, cujus ſanctitas, & in univerſos effuſa bonitas etiam apud barbaros venerabilis fuit, quam trium liberorum, Probini, Olibrii, & Probi non ſatigarunt ordinarii conſulatus. Et quum, incenſis direptiſque domibus, in urbe captivitas ſit, nunc habitas venundare dicitur poſſeſſiones, & facere ſibi amicos de iniquo mammona, qui ſe recipiant in æterna tabernacula; ut erubeſcant omnes Eccleſiaſtici Miniſterii gradus, & caſ-*

*ti* , *dum videbo de cetero caſum contingere*. Jacobus quidem Ferrerius multa ſcitu digna ad eamdem deciſionem adnotat, meminitque Sancti Thomæ ſententiæ, qui nihil amplius, quam parva quædam accipi ſinit, quæ in ceteris Eccleſiaſticis muniis ineundis exhiberi fas eſſent, ut Julianus Patritius animadvertit (28).

XXII. Jam ex hac deciſione facile intelligi poterit, quanti facienda

*caſſa nomina Monachorum emere prædia, tanta nobilitate vendente*.

(28) *Patritius animadvertit*. Præter monumenta ab Auctore allata, licet & ex eodem Galliæ Regno Burgundiorum eadem de re legem referre, quæ ſic ſe habet: *Ea conditione, ut poſt obitum illius, quæ femina, & ſanctimonialis eſt, quidquid in uſufructu de bonis paternis percepit, ad proximiores parentes pertineat; nihil inde illa alienandi poteſtatem habitura, niſi forſitan quod ex ſuo potuerit labore con-*

da ſit eorum opinio, qui præſentem conſuetudinem, quaſi longo temporis ſpatio comprobatam tuentur; quum il-

*conquirere.* Sed jus illud legum ferendarum, ne Civium bona *in manus mortuas* devenirent, minime putandum ſolis Gallis fuiſſe peculiare, quum & apud alias gentes ejuſdem generis ſtatuta viguerint. Germanis quidem cum primis eam legem curæ fuiſſe cernimus ex iis, quæ de Comite Gemmalao narrantur. Is enim quum celebre Geblacenſe Monaſterium a fundamentis erexiſſet, eique plurimas opes, non antea impetrata Imperatoris venia, attribuiſſet, multæ contra eumdem expoſtulationes prolatæ ſunt, quas hunc in modum deſcribit Sigebertus in Vita Guiberti, apud Surium tom. III, ad diem x Kal. Junii: *Quidam, qui bona fidelis Chriſti Guiberti obliquo oculo limabant, aures Cæſaris adverſus eum appellant, & invidioſe ei derogantes, contra Rempublicam eum egiſſe accuſant, quod Gemmalaus regalem fiſcum, majoribus ipſius munificentia imperiali, loco beneficii attributum, in partem proprietatis ſuæ uſurparit, & injuſſu Regis fundato ibi Cœnobio in ſortem eccleſiaſtici juris*

illud non inſpiciant, actus ex ſola hominum facultate proficiſcentes nullo unquam tempore præſcribi ;

G im-

*ris injuſte tranſtulerit* , *quod fieri nullo modo lex publica ſinit* , Quin etiam apud eoſdem Germanos, inter primarias Imperii hujuſmodi lex habita eſt ; itaut Imperatores ipſos, quo die Corona, ſolemni ritu dabantur, in legem illam jurare fuiſſe ſolitos, teſtatur Guillelmus Brittonus, qui lib. x de Inauguratione Othonis IV Imper. eumdem ita loquentem inducit :

*Illo quippe die , quo me diademate primum*
*Reddidit inſignem patrum pater imperiali ,*
*Hanc promulgavi legem , in ſcriptis redactam ,*
*Juſſi per totum ſervari firmiter orbem.*
*Eccleſiæ decimas , oblataque munera tantum*
*Poſſideant , villas nobis , & prædia linquant :*
*Vivat ut hinc populus , habeatque ſtipendia miles .*

Nec ſecus actum eſt a Britannis, apud quos, quod notatione eſt dignum, quam

ca

immo ipſas res judicatas, id quod piaculum, & abſurdum fuerit, bonum, & æquum efficere non poſſe. Nihil autem proderit aſſerere, illas

ea de re legem Guillelmus I promulgaverat, eadem poſtea ab Eduardo Rege, ſuffragantibus Eccleſiaſticis ipſis, confirmata fuit. Rem ita narrat Matthæus Veſtmonaſterienſis ad ann. MCCLXXX: *Rex, Pontifices, & Principes Anglicani convenerunt in unum, ſtatuentes, quod religioſæ perſonæ in ampliationibus terrarum non creſcerent, dicentes quod ad detrimentum Regni, & obſequii militaris feuda militaria, & aliæ poſſeſſiones ad Religioſorum manum mortuam devenerunt.* Atque hæc de Occidentis Regnis ſatis eſſe exempla arbitror.

Nec abſimilia ex Oriente proferri poſſunt, tametſi illis in regionibus haud quidem ad tantas opes excreverant Monachi. Certe quidem Nicephorus Phocas Monaſteriis bonorum acquiſitiones inhibuit. Zonaras, & Cedrenus lib. II de Jure Græco Romano pag. 541 ita ſcripſere: *Decreto quoque Regio ſanxit, ne fundi Eccleſiarum augerentur, hoc prætextu, quod in ſuos uſus ab Epiſcopis, non*

illas, quas modo protuli, deciſiones ad ceteras Principum ditiones protendi non poſſe, ac ſi eas Gallicana libertate niti (29) quis exiſtimet.

G 2 Nam

*non in Eccleſiarum neceſſitatem conſumerentur*. Fateor equidem legem illam e Baſilio Porphyrogenita fuiſſe ſubinde abrogatam: ſed neque eſt tacendum eamdem poſtea a Manuele Comneno reſtitutam fuiſſe, atque ea ſeveritate iterum juſſam, ut, bona omnia ſtabilia a Monaſteriis auferens, ſtatuerit Monachos rebus a Fiſco petitis alendos eſſe. Cujus rei locupletiſſimus teſtis eſt Niceta in Can. I Concilii Conſtantinop. I, & II, lib. VII.

(29) *Gallicana libertate niti*. Eccleſiæ Gallicanæ libertas in eo maxime verſatur, eccleſiaſticam ſcilicet gubernationem ex veteri diſciplina, & antiquorum Canonum præſcripto moderari. Qui autem hoc titulo Gallicanam Eccleſiam redarguunt, ac ſi illud peculiare nomen ſibi arrogando, ab univerſalis Eccleſiæ communitate ſecedere vellet, næ illi antiqua Eccleſiarum inſtituta ignorant. Ignorant nimirum Orientalis Eccleſiæ regimen, quæ ſuum ſeorſim ab aliis habe-

Nam ut hoc demus, quod tamen longiſſime abeſt, quid aliud eſt Gallica libertas, teſte Oliverio Patrus, niſi ipſa univerſalis Eccleſiæ libertas, jus ſcilicet commune, & Conciliorum diſciplina? At præter has Gallici Regni deciſiones, & aliæ ſuperſunt ceterarum ditionum. Ex deciſione 4. Petri Stokmantii palam

bebat ſacrorum Canonum Codicem. Ignorat Africanam Eccleſiam, quæ ſuum pariter habebat volumen Canonum; ex quorum decretis res ſacras procurabant: nec tamen id Catholica Eccleſia vitio illis unquam vertiſſe legimus. Ad eumdem modum & Gallicana Eccleſia ſuum condidit Codicem Canonum, quem non alium eſſe ferunt, quam qui a Calcedonenſi Concilio confirmatus olim fuit. Nam illius Græci Codicis quum latinam interpretationem edidiſſet Dionyſius Exiguus, illam ſubinde ſuſcepere Galliarum Eccleſiæ. Sequiori autem ævo quum per Iſidorum Mercatorem conflatæ eſſent ementitæ illæ Decretales, aliæque ſub-

lam ſit & hoc idem in Flandria obtinere: idemque de Hiſpaniæ regno ſcribit Navarrus *de red. benef. Eccleſiaſt.* neque aliter rati ſunt Itali Juriſconſulti. Jam Baldus eam quæſtionem excitat in *l. ſi quemquam*, *Cod. de Epiſc. & Cler.* quumque in utramque partem diſſerat, noviſſime concludit, etſi Monaſterium ali-



ſubinde ejuſdem generis invectæ, quæ a recepto jam ab univerſa Eccleſia jure diſſiderent; novum ejuſmodi jus noluit agnoſcere Gallicana Eccleſia, ſed in veteri conſtanter ſibi eſſe manendum duxit. Hinc in Concilio Arelatenſi ann. DXXXIV veteres illos Dionyſianæ ex græco interpretationis Canones comprobatos, legimus: qua occaſione Cæſarius Arelatenſis ad Joannem II Summum Pontificem ita ſcribit: *Nemo mihi alia qualibet contra auctoritatem Sedis Apoſtolicæ, aut contra* CCCXVIII *Epiſcoporum præcepta, vel reliquorum Canonum ſtatuta objiciat: quia quidquid contra illorum definitionem, in quibus Spiritum Sanctum locutum*

quot onera ſubeat, non tamen ab matrimonio ad Monaſterii ingreſſum duci argumentum poſſe. Jacobus Menochius in *conſ.193. lib.2.* hoc idem ſcriptum reliquit. Similiaque habet Abbas Panormitanus in *cap. quoniam de ſimonia;* præter ceteros, quos omittendos cenſeo. Illud vero prætereundum non

*cutum eſſe credimus, dictum fuerit, recipere non ſolum temerarium, ſed etiam periculoſum eſſe non dubito.*

Quum igitur Eccleſiæ Gallicanæ libertas nihil aliud ſit, quam obſervantia antiquorum Canonum, qui a Calcedonenſi Concilio comprobati fuere, neſcio qui fieri poſſit, ut improbandam illam quis exiſtimet, quod novo juri contraria deprehendatur. Sed non ita cenſuit D. Gregorius Magnus, qui ad Dominicum Carthaginis Epiſcopum ſic ſcribit lib. 11, epiſt. 39. *De eccleſiaſticis privilegiis, quod veſtra fraternitas ſcribit, hoc, poſtpoſita dubitatione, teneat: quia ſicut noſtra defendimus, ita ſin-*

non erit, quod Emmanuel Filibertus, Dux Sabaudiæ, de Monaſticis ſucceſſionibus conſtituit. Plane tunc temporis eadem conſuetudo, quæ apud nos in dies gliſcit, illuc irrepſerat. Princeps optimus ab quavis ſucceſſione Monaſteria excluſit; edictoqne ita ſanxit: *Citra tamen damnum teſtamentorum, diſpoſitio-*

 *num*

*ſingulis quibuſque Eccleſiis ſua jura ſervamus*. Quinimo tantum abeſt, ut ſapientiſſimus Pontifex aliarum Eccleſiarum inſtituta labefactari voluerit, ut potius illa ſtudioſe foverit, tametſi Eccleſiæ Romanæ moribus abſona eſſent. Scribit enim lib. 11, epiſt. 37 ad Natalem Epiſcopum Salonitarum: *Quod dicitis, noſtris temporibus debere ſervari, quæ a meis quoque prædeceſſoribus tradita, atque cuſtodita ſunt; abſit hoc a me, ut ſtatuta majorum Conſacerdotibus meis in qualibet Eccleſia infringam: quia mihi injuriam facio, ſi fratrum meorum jura perturbo*.

Sed ut ad rem propoſitam veniamus, in-

*num*, *&* *contractuum prædeceſſorum Religioſorum*, *aliorumque*, *a quibus jus ſuum obtinuiſſent*. Ob hanc verborum edictionem in ancipiti Senatus fuit, utrum præteritæ, an etiam futuræ ex teſtamento ſucceſſiones ſalvæ manſiſſent. Et Præſes Antonius Faber, qui rem hanc narrat in Cod. *def.* 44. *tit. de ſacroſ.*

invenimus olim in Gallicana Eccleſia legem ſancitam eſſe, ne quis bona ſua Eccleſiis, aliiſque religioſis locis erogaret, ſine Principis permiſſione. Quæ deinde lex per Innocentium III confirmata fuit, quando pro eorum temporum more *Concordatorum*, & *Conceſſionum* nomine, Principibus, quod jure Regio ad ipſos pertinebat, gratuito, ultroque dari dicebatur. Innocentii ſententia ex epiſt. 118, lib. II ſic ſe habet: *Præſenti privilegio duximus ſtatuendum*, *ut ſi qui terras ad vos de jure ſpectantes*, *in quibus portionem habetis*, *vel campos donatione*, *aut venditione*, *ſeu quolibet alio alienationis titulo*, *in aliam Eccleſiam*

*croſ. Eccleſ.* inquit, Senatum cenſuiſſe illud edictum æque ab inteſtato, ac ex teſtamento ſucceſſiones excluſiſſe. Cauſæ vero, quæ proferuntur, adnotandæ utique ſunt. Jam primum dicitur, rationem publicæ utilitatis (30) in una, & altera ſpecie verſari. Publica utilitas eſt, ne ſubditorum, ac præſer-



*ſiam, vel religioſa loca tranſtulerint; Eccleſiis illis, vel locis religioſis ultra annum, & diem eas ſine aſſenſu veſtro non liceat retinere: ſed juxta conſuetudinem Gallicanarum Eccleſiarum talibus perſonis prætio, ſeu dono concedant, quæ vobis, & Monaſterio veſtro jura veſtra cum integritate perſolvant.* Quis igitur conſuetudinem illam, quam Pontifex Max. ratam habuit, rationi contrariam dicere, atque adeo damnare auſerit?

(30) *Rationem publicæ utilitatis.* Pertinet & ad publicam utilitatem rectus Religionis ſenſus. Vera enim Religio nihil nec univerſim, nec in ſingulis capitibus agendum unquam, aut credendum

tim nobilium virorum bona, ſi ad Monaſteria tranſgrediantur, ipſi imperio eſſe uſui deſinant; neve familiarum dignitas, quæ ex grandi patrimonii amplitudine exiſtit, decreſcat, ac pene deficiat. Illud præterea dicitur, eodem edicto expreſſim vetitum eſſe, ne hi, qui in Monaſterio deceſſerint, ultra quadrantem bonorum mobilium donare queant. Si igitur Princeps putaverit, non licere iis, qui Monaſteria ingrediantur, bona ſua nec in

dum proponit, quod idem honeſtum non ſit. Omne autem honeſtum utile: utile vero eſſe quidquam, quod ab honeſtate ſit ſejunctum, minime poteſt. Pari igitur modo, & ad Religionis dignitatem, & ad Reipublicæ incolumitatem tuendam pertinet, Monachos divitiis minus abundare. Ac quondam inter religioſiſſimos viros diſputari cœptum eſt, ſatiuſne eſſet, Monachos rerum cæleſtium contemplationi vacantes, ex oblatio-

in ultima voluntate donare ; ( ultima enim voluntas illa eſt, quam ingreſſurus Monaſterium in ipſo ingreſſu explicat ) eo minus ceteris hujuſmodi donationes præſtare, venia danda eſt. Ad illud vero, quod objectatur, hac ratione non parvam liberalitatem Monaſteriis intercludi, Senatus in hæc verba reſpondit : *Nec movere debet, quod ita futurum ſit, ut impediantur multorum erga Monaſteria liberalitates : nam præter id, quod in*

G 6 am-

tionibus, ac bonorum reditibus ; an vero ex labore manuum ſuarum victum quæritare. Eam quæſtionem olim Auguſtino ſolvendam propoſuit Aurelius Carthaginienſium Epiſcopus. At ſapientiſſimus Doctor, rem quum diligenter perpendiſſet, tandem pro labore ſententiam pronuntiavit, atque adeo divitias a Monachis procul eſſe voluit. Qua occaſione Tractatum etiam *de Opere Monachorum* ſcripſit, in quo inter cetera

cap,

*ampliſſimo uſufructu ad certum uſque tempus poteſt liberalitas non parva conſiſtere, nihil prohibet, quominus Monaſteria, alioquin acquiſitionis capacia, fiant ex edicto Principis incapacia, quoad bona pertinet, quæ in Principis territorio poſita ſunt, & quibus pro arbitrio poteſt Princeps legem dicere; quum & pleraque alia Monaſteria omnis omnino acquiſitionis incapacia ſint, ex præſcripto ſuæ inſtitutionis.*

XXIII. In Sabaudia igitur programmate Emmanuelis Principis ob ingreſſum in Monaſteria non modo pacta

cap. I ait: *Atque ita, qui laborem manuum a Monachorum diſciplina removendum eſſe contendebant, lite ceciderunt .... Qui ſic volunt vacare lectioni, ut non operentur, ipſi lectioni contumaces exiſtunt: quia non faciunt quod ibi legunt. Ibi enim ſcriptum eſt: Operantes ſuum panem manducent*. Hanc profecto non minus

pacta dotalia, ſed & voluntariæ donationes vetitæ ſunt; in quibus tamen plurimi Canonum interpretes nullum ſimoniæ vitium deprehenderunt, ſicut illud in pactis dotalibus agnoverunt. Quod nimirum a Principe tunc peractum eſt ſua ipſius poteſtate, uti plane indicavit Senatus his verbis: *Nihil prohibet, quominus Monaſteria, alioquin acquiſitionis capacia, fiant ex edicto Principis incapacia quoad bona pertinet, quæ in Principis territorio ſunt, & quibus pro arbitrio poteſt Princeps legem dicere* (31). Si id in-

nus ſapientia doctrinaque, quam pietate illuſtrium virorum ſententiam eos ſecum probe reputare velim, qui piaculis inſtar putant, quidquam adverſus immanes Monaſteriorum opes hiſcere.

(31) *Princeps legem dicere*. Ea videlicet poteſtate, qua jure Principatus in res omnes corporeas, quæ in repu-bli-

in Sabaudia obtinet, ut cetera longe diſſita regna prætercam, non peculiari quadam conceſſione, ſed ipſa Principatus lege, quid cauſæ erit, cur & apud nos idem vigere nefas ſit, quum id ipſum & immutabile Eccleſiæ propoſitum exigat, & Pontifices Maximi quampluribus litteris nos dudum commonuerint? Atqui hujuſce rei neceſſitas major in noſtro, quam in aliorum Imperio eſt: monaſticarum enim dotium proprietas uſque eo excrevit, ut ratione collata, ceteris Imperii partibus parva admodum poſſeſſio ſuperſit. Illa rationum momenta, quæ Senatus Sabaudiæ expendit, *ne ſcilicet ſubditorum, præſertim no-*

tiam

blica ſunt, pollet, ut pluribus verbis nos ſuperius adnotavimus, & Divus Hilarius aſſeverat hac ratione: *Si enim ni-*

*bilium bona ad Monaſterium devo. luta in id redigantur , ut nullum Principi commodum præſtare poſſint , neve familiarum dignitas , quæ ex patrimonii quoque amplitudine æſtimatur , & quæ Principi præcipuæ curæ eſſe debet , ea ratione diminuatur* , hæc eadem , inquam , momenta , uti nunc noſtri Imperii res ſe habent , magis vigere debent ; eademque cuique juſto rerum æſtimatori adeo valitura videri poſſunt , ut ex his præcipua ſalus , columenque rerum exiſtere non diffiteatur.

XXIV. Jam vero reſpublica non, in mœniis , turribus , theatris , ſive qua alia hujuſmodi magnitudine ;

*nihil Cæſaris penes nos reſederit , conditione reddendi ei , quæ ſua ſunt , non tenebimur. Porro autem ſi rebus illius in-*

ne ; ſed in ſubditis, ac præcipue in ſuperioris ordinis civibus poſita eſt. Plane in quavis Monarchiæ ditione nobilium ordo reliquam civium multitudinem trahit, quæ ab eo ob divitiarum amplitudinem, & potentiam utique pendet. Hinc ſapienter ait Faber, hunc monaſticarum dotium conſtituendarum uſum grandius nobilium, quam aliorum bonis detrimentum afferre; quum nobilium maxime interſit filiabus decora connubia quærere; quod plerumque vili plebeculæ nihil curæ eſt. Bona igitur in deterius ruunt ejus partis civium, cujus major in imperio ratio habenda eſt, præcipue

*incumbamus, ſi jure poteſtatis ſuæ utamur, ut nos tanquam mercenarii alieni patrimonii, procurationi ſubjiciamus, extra querelam injuriæ eſt, Cæſari redhiberi, quod Cæſaris eſt. Et ſi tu vis*

pue in ipſa Monarchiæ conditione, ad cujus tutelam præſidiumque pro re nata nobilium genus præſto eſſe ducitur, ut præclara ſæpe exempla edita ſunt.

XXV. Præterea eſt animadvertendum, non modo unde iſthæc bona exeant, ſed & quo tranſgrediantur. Jam quiſque pulcre noverit, hujuſmodi bona ex utili manu, qualis nobilium virorum, aliorumque civium eſt, in emortuam Monaſteriorum manuum prolabi; & idcirco in optime conſtitutis Principum ditionibus lex *amortizationis* invaluit. Sed hic non de hac lege loquor: quum enim jus canonicum

*vis non eſſe obnoxius Cæſari, noli habere quæ mundi ſunt. Si vis nihil Regi debere terreno, relinque omnia, & ſequere Chriſtum. In D. Matth. cap.* XVII.

cum hujuſmodi dotes, omnemque proprietatem eſſe vetet (32), res ipſa eodem recidit. Quare majeſtas Principis non jam novam debet legem condere, dum de nova ſanctione compellatur, cujuſmodi *amortizatio* eſſet; ſed jubere debet ſervari veterem legem, quæ ex Canonum, & Imperii ratione deſcendit. Quiſquis horum conditionem temporum expendent, facile intelliget,

(32) *Proprietatem eſſe vetet*. Hanc rerum proprietatem ne dum Canonum jure, ſed & aliorum Sanctiſſimorum Virorum ſuffragio improbatam ubique invenimus. Unum ſeligam Divum Cæſarium Arelatenſem, qui anno circiter DXL rogatu Cæſariæ ſororis quum inter primos Monialium Regulam conſcripſiſſet, plura in ea Vir piiſſimus, quæ ad chriſtianam rerum terrenarum contemptionem, ſed præſertim cap. XVIII, & XX hæc ad rem noſtram ait: *Quæ aut maritis relictis, aut mutatis veſtibus, ad Monaſterium venerint, non excipian-*

liget, quantum neceſſe ſit huic malo obviam ire. Neque illud proderit, quod & bona Monaſteriorum pro republica quodammodo vivere dicendum ſit: id utique verum non eſt; ſed ſi id verum eſſet, recte inquit Petrus Rebuffus ad *ordinat. Reg. tom. 1. de lit. oblig. art. 5. Manum mortuam non modo eam dici, ex qua nihil quidquam elici poſſit, ſed & eam jure dici, quæ non*

*cipiantur, niſi antea de omnibus facultatibus ſuis, cui voluerint, cartas aut donationis, aut venditionis faciant; itaut nihil ſuæ poteſtati, quod peculiariter aut ordinare, aut poſſidere videantur, reſervent. Quam rem etiam & illæ, quæ Virgines convertuntur, ſi implere noluerint, non excipiantur; aut certe veſtimenta religioſa non permittantur accipere, donec ſe ab omnibus impedimentis mundi liberas fecerint. Illæ vero, quæ adhuc vivis parentibus ſubſtantiam ſuam in poteſtate habere non poſſunt, aut adhuc minoris ætatis ſunt, cartas tunc facere compel-*

*non niſi magna cum difficultate, & ſollemnitate in commune hominum commercium poſt deinde remittit, ſed accumulando conſervat,* cujuſmodi illius verba ſunt. Monaſteria fortaſſe priori caſu continebuntur; ſed fieri non poteſt, quominus Rebuffi definitionem ſubeant. Quem enim latet difficultas, in qua Princeps verſatur, & ſollemnitates, quas ſervare oportet, quum, rebus pe-

*pellantur, quando res parentum in propria poteſtate habere potuerint.* Hæc autem eo tempore ſcripſit Cæſarius, quum barbarorum immanitas cuncta Galliarum Monaſteria, Eccleſiaſque rebus omnibus ſpoliaverant: nec tamen inde Virgines Sacra Cœnobia petentes aut ſecum ferre quidquam, aut poſſidere ſinit. Nimirum quicunque chriſtianam pietatem non compendii ſui cauſa, ſed Dei numine ducti, ex animo vereque colendam ſuſcepere, hanc quaqueverſus ſententiam tenuerunt, nimiam rerum copiam haud bene Sanctuario adhærere. *Si dixero e*

*Da*

periclitantibus, aliqua iſtorum bonorum portione uti voluerit? Si res ita ſe haberet, adfliĉtari ſubditos, ſed magis rempublicam adfliĉtatum iri (33), nemo non videt: quæ quidem tantum in bonis ſubditorum poteſtatis obtinet, quantum ipſi proprietatis detinent. Quin & ipſi privatorum fundi, qui primæva imperii lege tributarii ſunt, id omne conficiunt, quod Regnum ap-

*Da eam hereditatem in Eccleſiam, Clerici ſibi facient convivia ex ea. Si autem dixero: Da eam parentibus, non eſt tibi merces. Si vero dicam: Da pauperibus, ſecurus eris. Quidquid ergo vis, vade, fac; & ego cauſas non habeo.* Hæc ajebat Abbas Paſtor apud Roſveidum in Vitis PP. lib. x. cap. 56.

(33) *Rempublicam adfliĉtatum iri.* Quantum Reipublicæ interſit, ne civium familiæ rerum inopia laborent, ſed cum dignitate opulentia fruantur, ex ipſa etiam Reipublicæ Hebræorum conſtitutione, hoc eſt, ex ipſo Dei Opt. M.

appellitatur: atque ex hac lege fundorum privatorum onerum illuſtriora, atque utiliora majeſtatis jura profluunt: atque adeo originaria, & intrinſeca iſthæc onera ſunt, ut nulla diſerta civium conventione indigeant, qua, hujus perpetuæ legis ignoratione, ſenſu tamen optimi imperii, indigere credidit civitas Peruſinorum. Baldus in *l. reſcripto*, §. *final. de muner.*, & *honor.* ſcriptum reliquit, parvam Urbem Eugubium, ne bona in publicam perniciem aliorſum dilaberentur, hanc iniiſſe rationem, ut cuncti

M. judicio poſſumus dignoſcere. Lege, inquam, Sacra apud Hebræos ſancitum erat, ne Levitæ, quorum munus Templo, ſacriſque inſervire, bona ſtabilia ſibi acquirerent. Sic Numer. cap. XVIII Dominus Aaronem, & cum eo Levitas omnes alloquitur: *In terra eorum non hereditabis, & pars non erit tibi in medio eo-*

cti cives, & accolæ ſua prædia civitati traderent, adjecta finium deſcriptione; ac deinde eadem velut tributaria quibuſdam indictis oneribus reciperent.

XXVI. Quare ut Princeps fructum ſat idoneum capiat, ex vectigalium exactione, quæ civium bonis indicta ſunt, haud pati debet, ea ex commercii jure egredi. Atque id non aliter fieri poterit, quam jugi quodam bonorum motu, quo inter intimas, & extimas imperii partes circumferri utique debent; adeoque jus provehendi commercii

Ma-

*torum. Ego pars tua, & hereditas in medio filiorum Iſrael.* Item Deuteron. cap. XVIII: *Non erit Sacerdotibus Levitis, toti Tribui Levi portio, & hereditas cum Iſrael: oblationes ignitas Domini, & hereditatem ejus comedent; & nihil aliud accipient de poſſeſſione fratrum ſuorum.* Item Joſ. cap. XIII. *Tribui autem Levi non*

Majeſtatis maxime intereſt, ut præclare adnotat Heineccius *de Jure Princip. circ. commerc.* his verbis: *Tolle commerciorum libertatem, & ſublatam ſimul eſſe animadvertes rerum neceſſariarum adfluentiam: ſublata vectigalia, & portoria, ſublatum id omne, in quo nervum rerum gerendarum poſitum eſſe prudentes obſervant.* Ac ſi vera utique ſit illa Ariſtotelis ſententia, mala civitatis ad eamdem, qua humani corporis mala, trutinam perpendenda eſſe, planum certumque erit, ut corporis vita humoris ambitu

*non dedit Moſes poſſeſſionem: Dominus Deus Iſrael ipſe eſt poſſeſſio eorum, quemadmodum locutus eſt ad eos.* Et alia ejuſmodi ſexcenta loca. Ex qua ſæpius iterata legis ſanctione illud deſumendum cenſent Viri doctiſſimi, ſummum ſcilicet ejus Reipublicæ moderatorem & arbitrum Deum cautum utique voluiſſe, ne

bitu, & perenni ſanguinis circuitione nititur; ita Civitatis incolumitatem in promiſcuo ſuarum partium uſu poſitam eſſe. Utque morbi magis metuendi ſunt, qui ex reſtagnatione, & coagulo originem habent, quique eo periculoſiores ſunt, quo latentius creverint, atque inde, dum improviſi mortales occupant, curationem omnem ſupergrediantur; ſic ſe habere iſthæc Civitatis coagula, quæ bonorum commercium e medio tollunt. Cui ancipiti Civitatis morbo, qui ſenſim, ac latenter progreditur, quum proceſſu

H tem-

ne Sacrorum Miniſtri divitiis aucti, non modo munus ſuum rerum fluxarum cura, & contagione macularent; ſed ne, dum Sacer Ordo bona occuparet, cerorum Ordinum patrimonia ad inopiam reciderent. Novimus enim Reipublicæ quoque incolumitatem, terrenamque felicitatem propoſitam illis a Deo

temporis palam foras prodierit, ſe-
ro, atque adeo periculoſius medi-
cina parabitur. Jam vero rerum
commercia hujuſmodi mala ſubire
pronum eſſe, ſcribit Gaſpar Ziegle-
rus *de Jurib. Majeſtatis: Tam in-
genioſe & ſubtiliter damnum da-
ri, ut illud non prius perſentiſcat
reſpublica, quam ubi in immenſum
iſtud excreverit, & jam deſpera-
ta ſint remedia. Et hæc una præ
ceteris ratio eſt, ne ſubditorum,
præſertim nobilium bona, ad Mona-
ſterium devoluta, in id redigantur,
ut nullum Principi commodum præ-
ſtare poſſint.* XXVII.

Deo in ſuis divinis oraculis fuiſſe, ne-
dum ſupernam æternamque beatitatem.
Eſto autem illa Hebræorum lex cere-
monialis: inficiari tamen minime pote-
rit, ejuſmodi legem bono quidem Rei-
publicæ conſultum voluiſſe; ex quo com-
modum ad univerſos redundaret. Hæc
autem ſi ad Chriſtianorum Rempubli-
cam

XXVII. Altera vero ratio, ne ſcilicet familiarum dignitas, quam bonorum commercium, & fortunarum cura provehunt, concidat, arctiſſimo quodam vinculo priori rationi cohæret: quoniam dictum eſt, præſtantiorem, potioremque Principatus, ac Reipublicæ partem Patritiorum numero conflari. Atque hæc Patritiorum dignitas divitiis utique comparatur (34): inque recte conſtitutis Principum ditionibus divitiarum præſertim ope ad honores & dignitates acceſſus parantur: & leges quæ unumquemque civium in ſuo mu-



cam referrentur, minime nos dubbitare ſinerent, nimias Monaſteriorum divitias, ſicuti puriſſimo Religionis cultui, ita etiam ſingularum familiarum bono, atque adeo etiam univerſæ Reipublicæ commodo noxias reputandas eſſe.

(34) *Divitiis utique comparatur*. Cauſam autem, quare divitiarum ſtabilis ac fir-

munere manere, ac liberis, ſeriſque nepotibus illud per manus tradere jubeant, non niſi diſpoticis imperiis uſui eſſe poterunt, ubi nemini æmulari licet. Plane ratio mutua, quæ privatam familiarum dignitatem inter, & Principatum intercedit, quidquid utrorumque interſit, omni ex parte convenit: adeoque vir rerum publicarum ſcientiſ-

firma in unaquaque familia poſſeſſio tantopere Reipublicæ intereſſe dicatur, hanc eſſe novimus, ut ſcilicet Patricii & generis dignitatem ſplendoremque tueantur, & pares ad ſuſtinenda publica onera ſint. Hinc ſapientiſſimi Principes, quo tempore in fovenda & ornanda Chriſti Eccleſia vires omnes ſuas effuderunt, illud pariter ſedulo proſpexere, ne quid in rebus temporalibus, ſiquidem nihil cum vera Religione haberent commune, Reſpublica, aut privatorum rationes detrimenti caperent: ac proinde ſuas omnes liberalitates, privilegiaque ab ſe in Eccleſiam edita, hac regula metiti ſemper ſunt.

tiſſimus ſcripſit, querelas civium de vectigalibus, ferendo ſuppetias imperio indictis, immerito prodire, quum eadem in ipſorum opem ſalutemque redundent: *Nec magis juſtam querimoniam eſſe eorum, qui paupertatem ſuam penſionibus imputant, quam ſi dicerent inopes ſe fieri propter ſolutionem debitorum. Sed nihil horum cogitat* H 3 *ma-*

ſunt. Inſtar omnium eſto Conſtantinus Magnus, quo nemo melius, aut uberius Eccleſiam divitiis auxit. Is tamen quum divitibus ad Sacros Ordines aditum interclusit, propoſitas quidem habuit Curiarum rationes, quarum publica onera non niſi a locupletioribus ſuſtineri poterant. En illius legis verba: *Neque vulgari conſenſu, neque quibuslibet petentibus, ſub ſpecie Clericorum a muneribus publicis vacatio deferatur. Nec temere, & citra modum populi Clericis connectantur. Sed quum defunctus fuerit Clericus, ad vicem defuncti alius allegetur, cui nulla ex Municipibus proſapia*

*maxima pars hominum. Patiuntur enim idem, quod in morbo, qui appellatur incubus; qui ortus ab ingluvie, facit tamen homines putare ſe invadi, & magno pondere opprimi, & ſuffocari.* Æque igi-

*ſapia fuerit; neque ea eſt opulentia facultatum, quæ publicas functiones facillime queat tolerare: itaut ſi inter civitatem, & Clericos ſuper alicujus nomine dubitetur, ſi eum æquitas ad publica trahat obſequia, & progenie Municeps, vel patrimonio idoneus dignoſcetur, exemptus Clericis civitati tradatur. Opulentos enim ſeculi ſubire neceſſitates oportet, pauperes Eccleſiarum divitiis ſuſtentari. Leg.* VI. *de Epiſc. Eccleſ. & Cleric. Cod. Theodoſ.* Cujuſmodi lex, ſicuti & aliæ omnes, quæ Clericorum privilegia complectuntur, miſſa reperitur Ablavio Præfecto Prætorio, Viro integerrimo, ac Chriſtianæ Religionis addictiſſimo, cujus etiam hortatu, ut tum res gerebantur, latam ab Imperatore Conſtantino eam legem autumant Viri doctiſſimi. Nec dices, inibi de Decurionibus loqui, qui, utpote Curiis addicti, a Clericorum Ordi-

igitur civium, ac Principis intereſt, ne bonorum commercium præpediatur, ne ſcilicet vita, vireſque imperii intereant; quum perſpicuum ſit, ubi commercia vigeant (35), ibi portoria, & cetera vectigalia

H 4 flo-

dine arcebantur, ne ab ſe geſti muneris rationes, quas Curiis edere debebant, perturbarent. Luculenter enim in lege edicitur, ut is Clericus eligatur, cui non *ea eſt opulentia facultatum, quæ publicas functiones facillime queat tolerare*; idque appoſite, quod aſſerimus, confirmat. Sed en altera Imperatoris Valentiniani lex num. XVI ejuſdem tituli Cod. Theodoſ. *Plebejos divites ab Eccleſia ſuſcipi penitus arcemus*. Decurionatus autem honos plebejis minime patebat. Sed nihil in veteribus Imperatorum legibus tam eſt ſolemne, quam ne privilegia, aliaſque liberalitates Eccleſiæ, Clericiſque indulgendo, nulla ex parte publicorum munerum onera damno afficerentur: cujus rei documenta non eſt cur plura hic percenſeamus.

(35) *Ubi commercia vigeant*. Quantopere immodica bonorum ſtabilium unius

in

floreſcere, quæ potiores reipublicæ reditus conflant. Iſthæc plane momenta fuere, quibus legem *amortizationis* optima quæque Principum ditio tulerit. Jam non obſcuri nominis Juriſconſultus Franciſcus Mignonus, *ad conſuet. Andegavenſ. tit. de ſegnieurs temporales*,

in ditionem, ac præſertim in Monaſteriorum proprietatem, coacervatio rerum commercio, & mercaturæ officiat, juvat hic adnotare. Nimirum commercium illud, quod intra reipublicæ, regnique fines peragitur, nemo ſatis utiliter exequi poterit, niſi ubi poſſeſſionum omnium æqua inter familias omnes partitio extiterit. Nam ſi unus prædia omnia occupaverit, nunquam certe eam operam adhibere hic poterit, ut agri, quamvis feraciſſimi, ſatis culti, & fructuoſi eſſe poſſint: nec ea diligentia ac ſolertia quisquis aliorum, quam ſuorum agrorum culturæ vacabit. Hinc commercii civilis, quod internum vocant, plurimæ difficultates, & impedimenta. Ab interioris autem negotiationis forma, ex-

*rales*, *art.* 30. præclare admonet; Regium Magiſtratum oportere omnes Sodalitates, Eccleſias, Monaſteria, aliaque id genus loca interpellare, ut ſi qua bona non *amortizata* detineant, ea laicis dare venum intra annum cogantur, ut denuo eadem in commercium



externæ mercaturæ ratio pendet: quam qui tollere, aut morari tentaverit, haud ſcio an majus detrimentum univerſæ reipublicæ inferre poterit. Certe quidem non aliunde tantam nonnullorum populorum rerum contrarietatem, ut immodicæ divitiæ una cum ſumma mendicitate vigerent, ac ſimul cohærerent, quam ex hac inequali rerum diſtributione repetere licet. Ubi enim pauci facultates pene omnes obtinent, ibi plures egeant neceſſe eſt: contrariorum enim eadem eſt ratio. Quod malum ut averterent Romani, agrarias leges inter tot reipublicæ viciſſitudines, & diſſentiones, ut ſaluberrimum temperamentum tuebantur: eis enim cavebatur, ne divites pluſquam quingenta jugera haberent,

redigantur, ne qua bonorum reſtagnatio in publicam perniciem erumpat.

XXVIII. At vero qui hactenus recentium Canoniſtarum objectionibus feciſſe ſatis videor, unius me difficultatis ſolutionem ab iiſdem flagitare non erit grave; cur nempe Monachorum Collegia, eorum ſcilicet, qui ſtipem non quæritant, me-

berent, neve in immenſum rura extendendo, in viciniorum agros irrumperent. Hebræi melius, apud quos ſine ulla rerum perturbatione, ſingulis quinquageſimis annis (Jubilæum appellabant) ex divino mandato, nova rerum partitione, emptæ poſſeſſiones ad veteres dominos redibant: eo certe conſilio, ne divites prædia ad ſe omnia, aut immodica, peſſimo malo publico corriperent; neve dum ſoli omnia poſſiderent, ceteri egeſtate præmerentur. Sic enim edicitur in Levitici cap. xxv. *Anno Jubilæi redient omnes ad poſſeſſiones ſuas. Quando vendes quidpiam civi tuo, vel emes ab eo, ne-*

melius atque auctius ſe habeant, quam Monialium domus. Illa quidem ſacrorum ſcita Canonum, & Pontificum conſtitutiones ſervant, nihil pro ingreſſu in Monaſterium recipientes; hæ vero quotidie dotes luculentas exigunt, earumque tot annis proprietatem compararunt, acervato undique dotium immani cumulo. Præterea cur pro Mona-

 chis

*ne contriſtes fratrem tuum, ſed juxta numerum annorum Jubilæi emes ab eo, & juxta ſupputationem frugum vendet tibi. Quanto plures anni remanſerint poſt Jubilæum, tanto creſcet & pretium; quanto minus temporis numeraveris, tanto minoris & emptio conſtabit tibi.* Alia etiam incommoda ex nimia multitudinis inopia in republica oriri animadverterunt Viri doctiſſimi. *Quum multa ſint* (inquit Bodinus de Rep. lib. v, cap. XI) *quæ Civitatibus, & Imperiis non modo converſionem, ſed everſionem afferunt; tum nulla cauſa certior eſt, quam nimiæ paucorum opes, & multitudinis inopia non ſe-*

chis Canonum præſcriptio, qua ſimonia procul arcetur, obtineat; pro Monialibus nequaquam vigeat, acſi aliquod diſcrimen pro diſpari ſexu inter utrumque intereſſet? (36) Hos mihi ex animo ſcrupulos, ut evellant, poſtulo, quos a me-

*ferenda . . . Nam quo quis alios opibus ſuperat, honoribus etiam, voluptatibus, ac deliciis ſuperior eſſe, de virtute nihil, aut parum admodum ſollicitus; tenues vero ſibi inſervire, ſeque revereri cupit. Hinc egentium erga potentiores invidia; hinc inimiciæ: quum qui virtute ſuperiores ſunt, non modo ab honoribus arceantur, verum etiam in ſumma egeſtate, & contumelia vivere cogantur.* Qua vero ratione ex jugi negotiatione commoda ſatis magna ad ærarium Principis redeant, alibi Auctor luculenter confirmat.

(36) *Inter utrumque intereſſet.* Iiſdem prorſus legibus, iiſdemque ceremoniis Virgines, ac Viri ſeſe Deo devovent. Ambo enim ſacro Collegio nomen daturi eadem ratione rerum temporalium, ſuique abdicationem omnem ſpon-

a memet eximere, nulla hactenus ratione potui. Nam quod fortaſſe quiſpiam dixerit, nunc Moniales divitiores victitare, quam dudum, quum paupertatem, quam Canones præcipiunt, ſectarentur; id nequaquam verum eſt: quia Monialium

ſpondent, ſancteque ac religioſe pollicentur rebus in omnibus ſanctam paupertatem ſequi: ac nullum tempus fore, in quo, quæ ſolemni ſacramento profitentur, non præſtarent. Itaque vir ad clauſtra Monaſterii acceſſurus, aut poſt tyrocinium vota emiſſurus, nullas ſecum dotes gerit; nullas pecunias ſacris in illis functionibus, præter pauca quædam, quantum pro ſui victu toto probationis tempore ſatis ſit, impendit. Monaſterium autem ne libellam quidem in eo recipiendo poſtulat. Itaque efficiendo ſanctiſſimis Eccleſiæ inſtitutis parere exiſtimant, edoctæ quidem a divino illo Magiſtro, qui alumnis ſuis nihil de craſtino die ſollicitos eſſe edixit, ſed curis ac ſtudiis ſpiritualibus addicti, bona omnia a cæleſti Parente expectarent: quip-

lium domibus tot divitiæ undique comparatæ nihil vetera commoda, victumque Monialium adauxerunt (37). Cui igitur bono tanta divitia:

quippe *affatim dives eſt, qui cum Chriſto pauper eſt*. Quod ſanctiſſimum inſtitutum quum accurate in omnibus virorum Monaſteriis vigeat, qui fieri poteſt, ut æque cum mulieribus non valeat? Si eodem prorſus jure, iiſdemque ceremoniis monaſticam illæ diſciplinam ſequantur, cur Monachorum exemplum non ſequuntur; ſed contrà divitias pro paupertate, pompas pro chriſtiana ſimplicitate, pro animi demiſſione faſtum præſeferunt? Cur ut ſuis cupiditatibus indulgeant, tot modis paternas domos emungunt? Enimvero pudeat nos Chriſtianos, tanta mala in republica, cum tanta ſanctiſſimæ Religionis injuria videre, & æquo animo ſufferre.

(37) *Victumque Monialium adauxerunt.* Nonne monſtri ſimile videri debet, tantas indeſinenter opes Monaſteriis affatim congeri, interea nihil privato Monialium commodo acceſſionis, nihilque meliorem earum conditionem fieri? Nimirum

tiarum ſtrues? Illæ ſcilicet inutilibus ac ſupervacaneis impenſis inſervient, quas profundi quotidie videmus in ſollemnibus profeſſionis die-

rum hoc avari animi præcipuum eſt vitium, ut, quo plus habeat, eo magis, ſimul cum habendi ſiti, & indigentia in eodem increbeſcat. Inſanas divitias Monaſteria poſſidere cernimus; & tamen Moniales, non ſecus ac ſumma rerum omnium inopia præmantur, quod ad ſuum cujuſque domeſticum cultum opus eſt, e paterna domo quotidie extorquent, ut vere dictum videatur, quod a D. Hieronymo proverbii loco ſumitur lib. II, epiſt. 2. ad Paulin. *Avaro tam deeſt quod habet, quam quod non habet*. Quod malum non aliunde ortum habere credendum eſt, quam e fœda ſanctioris diſciplinæ corruptione. Si enim primævum inſtitutum, quod verbo tenus profitentur, apud eas vigeret, nihil tantis inſanis ſumptibus opus: quæ profecto ſecum reputare oporteret, ſuam omnem poſſeſſionem ſpiritualem eſſe debere, ut verbis utar ejuſdem Hieronymi ad Euſtoch. epiſt. XVII, lib. 2,

Atque

diebus, in muniis capeſſendis, atque in ejus generis aliis, quæ, ad ditiſſimas earum gazas exhauriendas

Atque hanc unam fuiſſe cauſam affirmamus, quare purioris diſciplinæ ſtudioſi, probe intelligentes, quantam habendi cupiditas in cœnobiticæ præſertim vitæ cultoribus, morum diſſolutionem importaret; modis omnibus a ſacris inſtitutis longius divitias abegerunt. Alexander quidem III Pontifex Max. quum comperiſſet, Ciſtercienſium Ordinem, quouſque ab inſtitutore ſuo Divo Roberto juſſam paupertatem rite ſecutus eſt, non minus chriſtianæ pietatis, quam doctrinæ laude floruiſſe; continuo vero in deterius prolapſum fuiſſe, ut opes illi adamare cœperunt, novorum bonorum acquiſitiones ipſis inhibere neceſſarium duxit; cujus hæc ſunt verba: *Læditur hinc Ordo penitus, & vitiatur; nec eſt mutatio dexteræ excelſi, quinimo potius de dextera tranſeunt in ſiniſtram: qui quum, relicto ſeculo, ſub paupertatis habitu Deo militare decreverunt, in negotiis demuo ſecularibus implicantur. Inde eſt, quod vobis ab iis, qui foris ſunt, contentiones, & litigia ſuſcitantur, & Abbatibus in cau-*

das ſummopere promoventur ab iis, qui in earumdem bonorum curam incumbunt. Sed Majeſtati Principis hu-

*cauſis forenſibus occupatis, plurimum in commiſſis domibus, & torpor Ordinis, & diſſolutio naſcitur caritatis: maxime quia caritas in paupertate plus proficit; & cupiditatis dedignata conſortium, niſi illa reſtringatur, hæc tepeſcit. Ideo ſanctum, & venerabile Collegium veſtrum precibus, & monitis, quibus poſſumus, exhortamur, quatenus domus illæ, quæ a prima ſui origine in ordine ipſo ſunt fundatæ, conſtitutis, & ordinatis terminis ſint contentæ: nec velint inordinate ad eas manus extendere, quæ ſine laboribus, & periculis multis, & demum ſine criminibus, & magna confuſione non poterunt retinere. Cap.* 3, *de Statu Monach.* Sicuti ergo Alexander Pontifex ſingularem curam adhibuit, ut Ciſtercienſium Monaſteria poſſeſſiones ulterius occupare deſinerent, ne ſcilicet monaſticæ diſciplinæ vis ulla ex parte enervaretur; pari profecto ratione, quum noſtris his temporibus tantam graſſari in cœnobitis diſſolutionem appareat, quantam nemo unquam vidit; modus tandem aliquando Sanctimonialium Mona-

huiuſmodi profuſio coercenda eſt (38); & non quodlibet bonorum commercium, ſed illud, quod juſtitiæ maxime cohæret, admittendum eſt. Scilicet jura dant prodigis curatorem

naſteriis ſtatuendus eſt, in definiendo poſſeſſionum ſuarum termino. Hoc enimvero & Chriſtianæ Religionis rationem, & Reipublicæ commodum poſtulare, nemo unquam, modo ratione uti velit, diffitebitur.

(38) *Hujuſmodi profuſio coercenda eſt.* Optimo quidem jure. Pertinet enim ad Principis officium, eum populo facultatum rectum uſum præſcribere, qui & omnibus civibus utilis, & univerſæ reipublicæ ſalutaris eſſe poſſit. Hinc in bene conſtitutis civitatibus ſemper è republica eſſe creditum eſt, bonorum uſum mature illis interdicere, qui male rebus ſuis abuti agnoſcuntur. Atque ex hoc jure deſcendit, ut furioſum, & prodigum dominum eſſe rerum ſuarum vetarent, inque ſuorum poteſtatem traderent XII Tabulæ. *Si furioſus, aut prodigus exiſtat, aſt ei cuſtos nec eſcit, agnatorum, gentiliumque in eo pecuniæ ejus po-*

rem, inque fures ſeveras ſanciunt pœnas, quamvis utrorumque bona non alibi, quam in ipſius reipublicæ ſinu circumferantur. Omnis igitur difficultas evaneſcet, ſimul ac

*poteſtas eſto*. Apud Ciceronem III Tuſcul. Unde Horatius in lib. II ſatyr. 3. ait:

*Interdicto huic omne adimat jus*
*Prætor, & ad ſanos abeat tutela propinquos*.

Paulus autem in *Recept. ſentent. lib.* III formulam nobis conſervavit, quam Prætor in ea pœna irroganda uſurpabat: *Quando tibi bona paterna, avitaque nequitia tua diſperdis, liberoſque tuos ad egeſtatem perducis; ob eam rem tibi ea re, commercioque interdico*. Et quanquam minores XXV annis nec furioſis, neque prodigis comparandi utique eſſent, quia tamen ætatis infirmitate minus adhuc perfectum ſanumque judicium ſibi comparaſſe putabantur; iis etiam Curator dabatur: cautumque proinde fuit Senatuſconſulto Macedoniano, ne quid minori XXV annis crederetur. Tametſi antea id jus apud Romanos viguiſſe de-

ac animadvertatur, Moniales ſpiritus perfectioni excubare, aliiſque pietatis curis ſe penitus tradere: muliebrem præterea ſexum natura ipſa plerumque regimini rerum ſeſe inertem reddere. Quo factum eſt, ut Romanus populus mulieres perpetuæ tutelæ ſubdiderit (39); quod quidem & in variis legum barbaricarum Codicibus legitur, & apud ve-

declarant Plauti verſiculi in Pſeudoli act. 1, ſc. 3, ubi Callidorus amator Ballioni Lenoni, qui viginti minas ab ſe petebat, eaſque ut mutuum inveniret, ad daniſtam deveniret, adderetque fœnuſculum ſuadebat, reſpondit:

*Peri: an non tum lex me perdit quinavicenaria?*
*Metuunt credere omnes*. Ball. *Eadem eſt mihi lex: metuo credere.*

An tanta pecuniæ abſumptio, quam a Monaſteriis ſine ullo reipublicæ emolumento profundi cernimus, hujuſmodi debeat legum ſeveritatem ſubire, cordatorum hominum eſto judicium.

veteres Germanos obtinuiſſe vel tunc temporis, quum ſuos Principatus cœperint inſtituere. Et quamquam hujuſmodi conſtitutio præcipue in Monarchiæ ditionibus velut inutilis immutata ſit; tamen omnes ferme Europæ leges genus ipſum muliebre imperio iners ac debile adgnoſcunt; exceptis tantummodo feminis, quas Divina providentia ad re-

(39) *Perpetuæ tutelæ ſubdiderit*. M. Porcius Cato apud Livium lib. XXXIV. *Majores noſtri nullam, ne privatam quidem rem agere feminas ſine auctore voluerunt: in manu eſſe parentum, fratrum, virorum*. Audiendus & Cicero in Oratione pro Murena: *Quum permulta præclare legibus eſſent conſtituta, ea jureconſultorum ingeniis pleraque corrupta ſunt. Mulieres omnes, propter infirmitatem conſilii, majores in tutorum poteſtate eſſe voluerunt: hi invenerunt genera tutorum, quæ poteſtate mulierum continerentur*. Quem locum egregie illuſtrat Cujacius *Obſervat. lib.* VII, *cap.* II.

regimina capeſſenda vocaſſe videatur : tunc enim flexilis earum indoles , ſapientum ſuffulta conſiliis, neſcio quam præclaram moderationem, & dulcedinem imperii pariet; quod utique magis efficiet rectum reipublicæ regimen, quam rara virorum virtus.

XXIX. Quare illud, quod exoriri detrimentum poſſet, eo recidit, ne forte majora commoda Monialibus auferantur (40). Sed hoc in re ipſa peragenda nequaquam emerſurum plane indicant , quæ hactenus diſſeruimus : adeoque eadem rationum momenta adhuc ſubſiſtent , eſſe

(40) *Commoda Monialibus auferantur.* Quidquid de hiſce Monialium commodis erit , quæ profecto aut nulla , aut admodum exigua ſunt, potior quidem cum Reipublicæ, tum maxime Religionis ratio habenda ſemper eſt . *Timor Dei ſolus eſt* , inquit Lactantius de ira Dei cap.

eſſe ſcilicet penes Principem jus, & poteſtatem, quam primæva lex Principatus dedit, hujus moderationis præſcribendæ, ut Canonum diſciplina, & publica, privataque juſtitia, quas poſſum ire oſtendi, ad priſtinam integritatem reſtituantur. Jam vero ut tot malis, quæ præſens dotium monaſticarum ratio intulit, recte occurratur, haud multum laborandum erit. Difficile, fateor, ac plenum opus aleæ foret, Monaſteria iis tantummodo fundis contenta eſſe, quos a primordiis retinuerunt, atque reſtituere omne id, quod poſtea exegerunt contra Cano-

cap. 12, *qui cuſtodit hominum inter ſe ſocietatem, per quem vita ipſa ſuſtinetur, munitur, gubernatur*. Ex puro autem, rectoque pietatis affectu, non modo communis vitæ utilitatem, ſed totius Reipublicæ incolumitatem ſequi, facile, ſi res poſtularet, confirmari poſſet.

nonum diſciplinam, & utilitatem publicam. Non, inquam, uſque eo rem protrahi neceſſe arbitrarer, quum idonea alia, & minus moleſta ratio ſuppetat. Leve ſcilicet ac facile negotium erit, præſcribere cunctis hujus Regni Magiſtratibus, Regiiſque Provinciarum Tribunalibus, ut præſentes Monaſteriorum explorent fundos, qui infinito pene

(41) *Majorum fruituræ ſint*. Quæ hactenus pertractavimus, incommoda illa, & mala reſpiciunt, quæ ex conſtitutarum dotium ratione manare, ſatis, ut arbitror, demonſtratum eſt. Nunc ad rei ipſius ſummam devenimus, quam totius diſputationis ratio propoſitam hucuſque habuit. Proponitur ergo, poſtquam ſcilicet Monaſterii cujuſque facultates, & reditus expendantur, collatiſque ac ſubductis rationibus; inibi certum ac præſtitutum Monialium numerum præfiniendum eſſe, quæ poſtmodum nihil quidquam conferentes, excipiantur, alanturque ex congeſtis jam Collegii opibus.

ne numero dotium adaucti fuere. Fructus inſuper inſpiciant, qui exinde redierunt, nullo poſt obitum Monialium relicto onere. Tum Virginum numerus præfinito conſtituendus eſſet, quæ illuc ingredi gratis deberent pro cujuſque Monaſterii facultate, quum ſic ipſæ, & earum domus beneficio majorum fruituræ ſint (41). Plura certe, quam opi-

 nari

pibus. Quod ſaluberrimum remedium, ab Auctore ſapienter propoſitum, rem minime novam complecti, aut Religioni, chriſtianæque pietati quidpiam noxiam, hic luculentiſſimis monumentis juvat demonſtrare. Igitur Concilium Arelatenſe VI, quod celebratum eſt anno DCCCXIII, Canonem edidit, qui deinde in codicem Juris Canonici commigravit, *Cap.* I, *Extr. de inſtit.* conſtituit, *Ut non amplius ſuſcipiantur in Monaſterio Canonicorum, aut Monachorum, ſeu etiam puellarum, niſi quantum ratio permittit, & in eodem Monaſterio, abſque neceſſariarum rerum penuria, degere poſſunt.* Sic

nari licet, eſſent loca, quæ conſtitui poſſent, quum ditiſſimos fundos ſingula pene Monaſteria poſſidere liquido conſtet. Nec dubitarem certo affirmare, tot, ſi uſuvenit, repertum iri loca, quæ haud facile impleri, occuparique poſſint: quoniam his noſtris temporibus paucas ad-

Sic etiam Bonifacius VIII ſuo decreto, quod relatum apparet in §. *Sane*, *cap. Periculoſo*, *de Statu Regular in* VI, in hæc verba edixit: *Diſtrictius inhibemus, ne in Monaſteriis Ordinum non mendicantium, aliquæ recipiantur de cetero in Sorores, niſi quot poterunt de ipſorum Monaſteriorum bonis, ſive proventibus, abſque penuria ſuſtentari*. Accedat & Concilium Senonenſe, anno MCDLXXXV coactum, ita definiens Can. XII, art. 3, cap. 3: *Conſtituimus, ut in Monaſteriis Monialium tot inſtituantur Moniales, quot de facultatibus eorumdem, reparationibus Eccleſiæ, clauſuræ, & aliarum regularum domorum, nec non & proceſſuum expenſis deductis, commode, & ſine penuria ſuſtentari poſſint. A quibus pro ingreſſu,* aut

admodum Virgines ad hanc caeleſtem vocationem proſilire cernimus. Sed ubi cuncta fortaſſe loca impleta eſſent, non incongruum erit vacationem opperiri, ut in ceteris Chriſtianæ pietatis Collegiis fieri aſſolet. Neque id majus bonum averteret, quaſi ſi, univerſis jam oc-

I 2 cu-

*aut receptione nihil prorſus, prætextu conſuetudinis, aut quovis alio quæſito colore exigatur.* Quibus ſanctiſſimis inſtitutionibus inhærens Tridentina Synodus, eamdem ſententiam confirmavit ſolemni ſanctione, Cap. III, de Regul. ſeſſ. XXV: *In prædictis autem Monaſteriis, vel Domibus tam virorum, quam mulierum, bona immobilia poſſidentibus, vel non poſſidentibus, is tantum numerus conſtituatur, ac in poſterum conſervetur, qui ex reditibus propriis Monaſteriorum, vel ex conſuetis eleemoſynis commode poſſit ſuſtentari.*

At quoniam decretum illud conciliare nonnulli futili interpretatione in alium ſenſum detorquere conati ſunt, nos contra nunquam æque tutius habebimus, quam ſi ipſum ea ratione, eoque ſenſu ex-

cupatis locis, multarum Virginum vota retardentur, quum id re ipſa contingere nequeat. Loca enim Virginum vota numero excederent; atque hic numerus conſtitutus multorum ſæpe parentum ſævitiam compeſceret, ne filias invitas in clauſtra detruderent, quæ vitæ ratio, niſi

exceperimus, quo dudum Romani Pontifices, & alia Eccleſiarum Concilia ſuſcepere. Divus quidem Pius v, anno MDLXVI Bullam edidit, qua Bonifacii VIII, & Concilii Tridentini decretum in eamdem prorſus ſententiam, qua nos accipimus, confirmavit: ſic enim reſpondit: *Ne propter numerum Monialium exceſſivum, clauſuræ obſervatio violetur, inhærentes etiam ſimiliter diſpoſitioni dictæ conſtitutionis Bonifacii, & Concilii Tridentini decreto, Monialibus prædictis, & illarum Superioribus, & Ordinariis diſtricte inhibendo præcipimus, & mandamus, ne plures in earum Monaſteriis recipiant, & admittant, quam ex propriis reditibus ipſorum Monaſteriorum, vel conſuetis eleemoſynis commode ſuſtentari*

niſi voluntate ineatur, plurima in civitatem mala infert. Verum ut omnem ſcrupulum eximam, abigamque cunctas difficultates, poſſent Virgines, & locis non adhuc vacantibus, & Monaſteriis non ſatis virium habentibus, ſuper numerum admitti, Monaſterioque ſui victus



*tari poſſint*. Nec ab eo diſſentit Concilium Remenſe, quod anno MDLXXXIII tit. *de Simon.* ita conſtituit: *Qui pro Religionis, ſeu Monaſterii ingreſſu aliquid extorſerit, Simoniacus eſſe cenſeatur. Nam licet opes Monaſterii ſint adeo tenues, ut vix ingredientem alere queant, quumque oporteat aliquando pro alimentis, & veſtibus aliquid Monaſterio conferre, tuta conſcientia, modo id fiat ante votorum emiſſionem; tamen ut deinceps omnis nequitiæ amputetur occaſio, Synodi Tridentinæ Decretis admoniti, ſtatuimus, ne deinceps in quibuſcumque Monaſteriis major numerus Monachorum, vel Monialium admittatur, quam qui ex propriis reditibus Monaſterii, vel eleemoſynis aſſuetis educari queat*. Et ne longior, quam par

gratia ſubſidia tradere, donec aliqua vacatio eveniet: atque hujuſmodi alimenta præſtari poſſent, pro cujuſque oppidi conditione, ab iis, quorum impenſis Virgo Monaſterium ingreditur, aut quotannis, aut fundo aliquo conſtituto, quo ſe alere poſſit, ne Monaſterium exigen-

eſt, ſim, Concilium Aquilejenſe anno MDCDVI tit. XIX juſſit, *Ut Epiſcopi in ſibi ſubjectis ordinaria, in aliis Apoſtolica auctoritate, ſibi Pontificia conſtitutione attributa, adhibitis Superioribus Regularibus, præſtituant numerum Monialium, quæ in Monaſterio ali poſſint. Si plures ſint, quam ali commode poſſint, decedentibus aliquibus non ſufficiantur aliæ, niſi redigatur numerus eo, ut, adæquatis facultatibus, poſſit ſuſtentari: quod diſtricte præcipimus obſervandum, ne premat egeſtas, & rei neceſſariæ inopia pereant omnia.* Quum igitur hujuſmodi Auctoris noſtri temperamentum confirmatum appareat tot ſacris conſtitutionibus, & eccleſiaſticis monumentis, quibus refragari nefas erit; nemo idem illud non ſa-

gendis hujuſmodi alimentis adfligetur : quæ quidem annua penſionis præſtatio ceſſare omnino, ac fundum ipſum reſtitui oporteret, quum aut locus vacaverit, aut ante Virgo deceſſerit, quam intra numerum adlecta eſſet (42).

XXX. Sed occurritur nobis, no-



ſaluberrimum, ac ſacroſanctum poterit exiſtimare.

(42) *Intra numerum adlecta eſſet*. Et hoc reformationis caput ſingulis, atque univerſis perquam eſſe utile ac ſalutare, quis non videt? Præſtanda quidem penſio temporalis & vitalitia ab iis, quæ præter conſtitutum numerum in Monaſterium cooptari volunt; ſed non amplior, quam quæ ad alimenta præſtanda ſatis ſit, ac protinus, ubi Sanctimonialis in locum præſtitutum ſufficietur, vel fato conceſſerit, deſitura. Nec quis recens hoc eſſe commentum, Auctoriſque novum conſilium exiſtimet. Ejus enim inſtituti originem jam inde a vetuſtis temporibus repetere licet. Gregorius quidem Turonenſis lib. II, cap.

23

ſtriſque armis decertant, quidquid de publica imperii felicitate ſit, hac inita ratione, privata familiarum commoda peſſum itura: quia ſcilicet dotes, quæ nunc conſtitui ſolent, minoris fortaſſe æſtimarentur, quam omne id, quod alimentorum nomine quotannis præſtari oporteret;

23 Burgundiorum legem referens, quæ Virginibus ad Monaſterium acceſſuris; non niſi temporariam penſionem ſolvendam, uſusfructus tantum cauſa, præſtituit, jubet id præſtandum eſſe *Ea conditione, ut poſt obitum illius, quæ Sanctimonialis eſt, quidquid in uſusfructus de paternis bonis percepit, ad proximos parentes pertineat*. Gregorio adjungimus Petrum cognomento Cantorem, qui ſeculo XII Canonici, & Cantoris munere in Eccleſia Pariſienſi functus, idem inſtitutum proponit. Ejus verba, quoniam latinum exemplar inſpicere nobis non licuit, ex gallico in latinum ſermonem vertemus. *Si vero Monaſterium adeo rei anguſtia laboret, ut quas admitti petunt nec recipere, nec alere poſſit ſine*

ret. Etenim ſi dos mille aureorum forte ſufficiat, quæ non amplius, quam quadraginta aureos in ſingulos annos fructus edit, hujuſmodi certe ſumma victui non ſatis eſſet, aut ad ſummum tantundem ferme requireretur. Verum quiſquis rem penitius introſpexerit,

I 5 hu-

*ne pecuniario ſubſidio, poterunt Virgines pro ratione paupertatis Domus, ea conditione recipi poſtulare, ut aliquam penſionem, quoad ipſarum vita ſuppetet, Monaſterio perſolvant*. Petrus Cantor verbo *Abbreviato* Cap.XXXVII. Nec Divus Thomas aliquid ab ingreſſuris in Monaſterium accipi ſinit, niſi quantum *pro victu perſonæ* ſatis ſit, ſi nempe *ad hoc non ſufficiant Monaſterii opes*. Sed integrum locum excribamus ex 2. 2. quæſt. 100, art. 3: *Ad quartum dicendum, quod pro ingreſſu Monaſterii non licet aliquid exigere, vel accipere quaſi pretium. Licet tamen, ſi Monaſterium ſit tenue, quod non ſufficiat ad tot perſonas nutriendas, gratis quidem ingreſſum Monaſterii exhibere; ſed accipere aliquid pro victu per-*

hujuſmodi ſupputationem abſurdam eſſe comperiet, ſi vel parum animadverterit, præter quadraginta aureorum ſummam, adhuc amplius quindecim, aut viginti aureos (43) ſuperaddi oportere, qui vitalitii nomine veniunt, ac mordicus poſtulantur. Aliæ inſuper pecuniarum ſummæ referri debent, quas Moniales

*perſonæ, quæ in Monaſterio fuerit recipienda, ſi ad hoc non ſufficiant Monaſterii opes.* Quare Facultas Lovanienſis anno MDCLXXI a quodam Canonicorum Regularium Monaſterio ea de re rogata ſententiam, in hæc verba reſpondit: *Inſuper arctari nequeunt admittendi ad pendendum Monaſterio reditum perpetuum, quum ita Monaſterium non nudæ ſuæ indemnitati conſuleret, nec mere admittendi alimentationi provideret, aſt lucrum potius captaret, quod nec probandum, nec a juſtis ſecularium obmurmurationibus liberum. Sed petenda dumtaxat penſio temporalis, & vitalitia, quæ duratura non ſit, niſi pro tempore, quo Mona-*

les ſubinde in muniis capeſſendis profundere coguntur; atque ita res ſe habet pro majori, minorive dotis quantitate, quam cetera Monaſteria flagitant. Alimenta igitur hanc excedere quantitatem nequeunt. Præterea illud quotuſquiſque erit, qui neſciat, magis familiarum rationibus conducere octoginta ad

I 6 Vir-

*naſterium gravetur ſuſtentando iſtam perſonam. Nec amplior peti poteſt, quam quæ, omnibus penſatis, neceſſaria reputatur pro admittendi alimentatione.* Apud Vaneſpen *de Vitio Simon. part.* 2, *cap.* v, §. x. Quod autem de Monachorum Monaſterio cenſuit Facultas Lovanienis, & ad Moniales referri jure poterit.

(43) *Quindecim, aut viginti aureos.* Hujuſmodi ſupputatio de Urbe Lycio, de qua Auctor diſputat, intelligenda eſt: nam in amplioribus Siciliæ civitatibus longe majorem Moniales penſionem conſtitui poſtulant; quum majores ibi, ſicuti etiam hic Neapoli, ſumptus ab illis, majoreſque effuſiones fieri ſoleant.

Virginis vitam, quam perpetuo præſtare? Illud demum animadvertendum eſt, inutilibus demptis expenſis, quæ quotidie profunduntur, vitæ ſubſidia parvo contenta eſſe, tum ſi commoda, quæ ex victus communis compendio fluit, tum etiam ſi ſobrietatem, & frugalem vivendi moderationem reſpicias (44).

Quod

(44) *Vivendi moderationem reſpicias*. Præcipuus monaſtici inſtituti ſcopus, victus cultuſque temperantiam adhibere; ac rerum terrenarum abdicationem non verbo tenus, ſed factis ipſis præſeferre. Quare hoc cum primis maximum eſſe flagitium, ac potiſſimam ſecum trahere ſacræ diſciplinæ depravationis cauſam arbitror, quod quæ ſacro Ordini nomen dant minime cogitant, quid neceſſario ſequendum ipſis proponat ejus vitæ ratio. Intelligant igitur, ac ſecum animo ſedulo reputent, quæ Virgines ſeſe Deo devovere concupierint, ſe præbere Deo ſua corpora hoſtiam viventem, ſanctam, & illi acceptam: itaut nihil poſthac cogi-

Quod palam facit, novam monaſticæ vitæ rationem, quæ nunc efflagitatur, & imperio, & civium familiis ſalubrem ac frugiferam fore; immo Monaſteriis ipſis maximam utilitatem allaturam, quæ diligentiorem ſuorum fundorum curam habebunt, quum perſpexerint, eos augeſcere non poſſe dotibus, ſed

gitent, loquantur, meditentur, agant, niſi ut probent quæ ſit voluntas Dei: nec ſe accommodent ad figuram hujus ſeculi, ſed transformentur renovatione mentis ſuæ: domitiſque, imo abnegatis cupiditatibus omnibus, ſobrietatem, juſtitiam, pietatem colant: ut denique totæ in Jeſu Chriſti imaginem mutatæ, ad præmium ſupernæ vocationis omni ſtudio contendant. Hinc fructus præcipuus, abnegatio ſui, quam tanta diligentia Chriſtus ſuis mandat: quæ ubi ſemel in animo obtinuit, primum neque faſtui, neque oſtentationi; deinde neque avaritiæ, neque libidini, neque luxui, neque mollitiæ, neque aliis, quæ ex amore

ſed induſtria, & optima moderatione, quæ in melius procedere poterit, prodeuntibus conſtitutionibus illis, quas Majeſtas Principis ediderit pro bono Monaſteriorum regimine, quod non parvam reformationem exquirit. Sat enim ipſa experientia monemur, plus induſtriam, quam fundorum opulentiam plerumque valere.

XXXI. Sed hujuſce rei illuſtriora quidem documenta nobis exhibent ipſa ſupplicantium civitatum Monaſteria, quorum cauſam nunc peragimus. Quamplurima exſtant ſa-

more noſtri generantur, malis, locum ullum relinquit. Hæc qui dictis factiſque præſtabit, tum vere ſeſe Deo devoviſſe ſciat, tum ſolidam perfectionem nanciſcetur. Quam vitæ perfectionem Chriſtiani quidem omnes, ſed Sanctimoniales maxime, votis inſuper nuncupatis, propoſitam habent, ut trium illorum

ſacra Collegia; ſed monialium Monaſteria tredecim numero ſunt. En ſupputationem, quæ de octo tantummodo Monaſteriorum facultatibus explorata habetur; quum de ceteris nihil adhuc certius afferri queat. Monaſterium ſcilicet Sancti Joannis biſcentum, & quinquaginta millia aureorum ex bonis ſtabilibus habet. Monaſterium Sanctæ Claræ centum, & quinquaginta millia poſſidet. Monaſterium Sancti Matthæi ſeptuaginta millia tenet. Monaſterium Sanctæ Thereſiæ quadraginta millia. Monaſterium

rum votorum vi, obtemperationem etiam conſiliis evangelicis ſpondeant, quorum præcipuum: *Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus. Matt. cap.* 19.

Hanc perfectæ vitæ rationem, quam nonniſi rerum omnium terrenarum abdicatione aſſequi, tenereque neminem unquam

rium Caſſinenſe ſeptuaginta millia. Totidem fere Monaſterium, quod *La Nova* appellatur. Monaſterium Angellilorum ſex, & quinquaginta millia. Cappuccinarum demum quinquaginta millia occupare palam eſt. At nihiloſecius quorſum habeant tantorum fundorum reditus, adhuc latet, quum & ipſa Monaſteria tenuem admodum vi-
ctum

quam poſſe diximus, intuentes purioris pietatis ſtudioſi, opes quaſcunque a Sacris Collegiis, ut teterrimam peſtem longius ſummovere utique adlaborarunt. *Qui convertitur* (hoc eſt, qui ſacris monaſticis initiatur) *præ omnibus erudire debet, ut nihil ei peculiare liceat poſſidere; ſed ita ſe nudatum ex omni parte agnoſcat, ut præter tunicam, pallium, calcearium, vel matulam ſuam, nihil amplius habeat*. Verba ſunt Caſſiani in *Regula cap.* 27. Sed quid vetera repetamus? Sat enim conſtanti experimento docemur, ubi habendi cupiditas ſemel pedem fixit, illinc omnem monaſticæ

ctum alumnis ſuis præſtent, & jugiter ære alieno obruantur. Quare nihil aliud factum oportet, quam ut ex horum fundorum reditibus tot loca pro virginibus conſtituantur, quot facultatum ratio patietur; ita tamen ut indigenæ anteferantur advenis, & propinquæ fundatorum ceteris aliis, quæ in eam rem nihil contulerunt; utque quæ ſu-

ſticæ perfectionis depravationem continuo ſecutam eſſe: ut vere dictum videatur, quod jam pridem Trithemius homil. VII fore pronunciavit. *Poſtquam* (inquit) *cenſus Monachi* (adde & Monachæ) *habere cœperunt, & reditus; priſtina mox humilitatis ſtudia defecerunt, crevitque paulatim cum divitiis rerum temporalium ſuperbia. Quamdiu fuerunt pauperes Monachi, Deum in veritate coluerunt: poſtea vero quando divitiis abundare cœperunt, ſimplicitatem fugavit duplicitas. Integritas namque obſervantiæ regularis obſervantium peperit rerum temporalium: ſed paulatim divitiæ Mo-*

ſupra numerum adſcribentur, quantum pro cujuſque alimentis ſatis ſit, præbere adigantur, donec (45) intra numerum adlectæ fuerint. Quod & cum cunctis Provinciæ ejuſdem Monaſteriis agi æquum erit. Hoc pa-

*Monachorum puritatem Ordinis funditus extinxerunt*. Addendus & Arnoldus Abbas Lubecenſis in Supplem. Hemoldi lib. III, cap. 9. *Crevit poſſeſſio, & evanuit religio: ſiquidem ex temporalium abundantia, dum cœperunt carnaliter vivere, cœperunt etiam carnaliter ſapere. Defrixit caritas; ſubintravit mundialitas.*

(45) *Intra numerum adlectæ fuerint*. Quæ reformationis capita Auctor non uno Conſultationis loco ſparſim recenſuit, juvat hic ſimul congerere; ut ſub unum veluti oculorum aſpectum res tota legentibus occurrat. Ea autem capita ad hæc fere, referri poſſe arbitror: I, ut publica auctoritate ſingulorum Monaſteriorum bona omnia ſtabilia juſta æſtimatione explorentur; ut quid ex his certi reditus fructuſque capi poſſit, liquido conſtet. II, ut ſubductis rationibus, pro Monaſterii facultatibus, is Monia-

pacto Majeſtas Principis publicæ, privatæque juſtitiæ priſtinam incolumitatem reſtituet ; ac periculum omne repellet , quod teterrimum hoc malum infert , magiſque in dies minitatur reipublicæ ; & Canonum di-

nialium numerus præſtitnatur , qui ſine difficultate ex rebus Monaſterii ali ſuſtentarique poſſit . III , ſi quæ ultra eum numerum inter Virgines cooptari voluerint , utique vota Monaſtica rite inibi nuncupari poſſint ; interim autem annuam penſionem Collegio perſolvant. IV , ut annua iſthæc penſio & a monaſtici inſtituti frugalitate non ſit aliena , & ſtatim præſtari deſinat , ac Virgo in locum in Monaſterio conſtitutum ſuccedat , aut etiam vita exceſſerit . V , ut quoties aliquis ex præſtituto Monialium numero vacare locus contigerit , eum locum Virgines illæ , præteritis ceteris aliis , occupent , quarum majores Monaſterium illud aut fundaverint , aut facultatibus erogatis , adauxerint : ſecundum has indigenæ , deinceps advenæ ; inter quas temporis ratio & ordo ſervetur . Hæc nimirum dum Principis aucto-

diſciplinam diu exulantem revocabit, tot tantiſque mundialibus pompis undique ſublatis, quæ cœleſtem Virginum vocationem quodammodo profanare videntur (46). Etenim diſcrimen inter devotas noſtras Vir-

ctoritate, conſtituenda eſſe affirmatur, nulla profecto nova lege, aut novo decreto opus habent: ſed id dumtaxat faciendum poſtulatur, quod ipſa Religionis ratio præſcribit, ſanctiſſima Eccleſiæ ſtatuta, Conciliorum, ac Romanorum Pontificum conſtitutiones, & ſapientiſſimorum, ſimul & pientiſſimorum virorum reſponſa jam pridem præſtandum eſſe, ut hactenus demonſtravimus, pronunciarunt. Nihil enim quidquam hic proponitur, quod non ex his puriſſimis fontibus non deducatur. Quare nullam nobis conflatum iri invidiam certa ſpe ducimur, ac ſi novum aliquid in Rempublicam Chriſtianam, quod homini Chriſtiano nunquam licebit, obtrudere moliamur.

(46) *Profanare videntur*. Nunquam profecto, quod ſæpius eſt dicendum, nec evanidarum pomparum illecebræ, nec

Virgines, & veteres illas Veſtales conſtituendum eſt, quum Sanctimonialium alia, atque alia ſit, quam illarum conditio, uti præclare ait Sanctus Ambroſius in epiſt. XVIII claſſ. I ad Valentinianum Imp.

nec ſacrarum rerum profanatio a Monaſteriis repelletur, ubi divitiarum modus non adhibetur. Ex divitiis enim & nequam habendi deſiderium, & faſtus, & arrogantia, & deliciarum appetitus, & aliæ pravi animi cupiditates, ac mundi inquinamenta, ſimul cum diſſolutione totius monaſticæ diſciplinæ, veluti ex quodam nefario iniquitatis fonte, profluunt. Hæc metuens ſanctiſſima Mater Tereſa, mature ab alumnis ſuis divitias, ut malorum omnium irritamenta, procul eſſe voluit: quibus proinde, ne ſollicitæ de vitæ ſuſtentatione eſſent, ita abſtinentiam, ſanctamque paupertatem inculcat: *Nolite putare, cariſſimæ, aliquid rerum ad victum neceſſarium vobis defuturum, ſi modo de mundanis hominibus complacendis ſollicitæ non ſitis. Equidem hoc vobis ſpondere, & promittere auſim. Nolite per humanam induſtriam, & artes ſu-*

Imp. contra Symmachi Relationem : *Quantas tamen illis Virgines præmia promiſſa fecerunt? Vix ſeptem Veſtalibus capiuntur puellæ. En totus numerus, quem inſulæ vittati capitis purpuratarum veſtium murices, pompa lecticæ miniſtrorum circumfuſa comitatu, privilegia maxima, lucra ingentia, præſcripta denique pudicitiæ tempora coegerunt. Attollunt mentis, & corporis oculos, vident plebem pudoris, populum integritatis, concilium virginitatis. Non vittæ capiti decus, ſed ignobile velamen uſui, nobile caſti-*

*ſuſtentationem corporis, & victum vobis procurare : alioquin in fame moriemini, & merito quidem. Sed ad Sponſum veſtrum oculos attollite : ipſe enim eſt, qui victum vobis dabit. Si illi placeatis, vobis, volentes nolentes de victu proſpicient etiam illi, qui minus erga vos af-fecti*

*ſtitatis : non exquiſita, ſed abdicata lenocinia pulcritudinis : non illa purpurarum inſignia ; non luxus deliciarum, ſed uſus jejuniorum : non privilegia, non lucra : omnia poſtremo talia, ut revocari a ſtudio putes, dum exercentur officia. Sed dum exercetur officium, ſtudium provocatur. Suis caſtitas cumulatur diſpendiis. Non eſt virginitas, quæ pretio emitur, non virtutis ſtudio poſſidetur : non eſt integritas quæcunque in auctione nummario ad tempus licitatur compendio. Prima caſtitatis victoria eſt facultatum cupiditates vincere:* quia

*fecti ſunt, ac minus diligunt, uti hoc jam ſæpe per experientiam, & uſu ipſo vidiſtis. Si hoc facientes, nihilominus fame vos mori contingat, næ beatæ Moniales S. Joſephi eritis, & dicemini. Per amorem Dei rogo, nunquam hujuſce vos rei capiat oblivio. De Via perfect. cap. 2.*

*quia lucri ſtudium tentamentum pudoris eſt*. Sic plane habet imago, quam magnus Eccleſiæ Doctor, præ Veſtalibus illis, noſtrarum Virginum

(47) *Utinam Virgines noſtrae parerent.* Utinam vero Moniales noſtræ, ſive etiam Cœnobitæ omnes, exemplum ſibi ad imitandum proponerent D. Hilarionis, quem dona plurima ſibi offerenti cuidam, eaque ut pauperibus eroganda acciperet, roganti, ſic reſpondiſſe refert D. Hieronymus in ejus Vita: *Ego, qui mea reliqui, cur aliena appetam? Multis nomen pauperum occaſio avaritiæ eſt: miſericordia vero artem non habet. Nemo melius erogat, quam qui ſibi nihil reſervat.* Sed

ginum exhibet, quæ Deo ſe, ſuaque omnia dicarunt: cujus ſanctiſſimi Viri monitis utinam Virgines noſtræ parerent (47).

(47) Sed ſaxit Deus Opt. Max. ut quod a Siculis maximo bono publico ſuſceptum eſt, urgeturque vehementi ſtudio, uſque dum res tota tandem abſolvatur, apud homines noſtros valeret. Habebunt profecto pulcherrimum & Religionis, & optimi regiminis exemplum; quo commoniti, tandem de commodis ſuis ſerio cogitarent.

F I N I S.

*Adm. Rev. U. J. D. D. Antonius Genoveſe in hac Regia Studiorum Univerſitate Profeſſor primarius, revideat, & in ſcriptis referat. Datum Neapoli die 27. Junii 1766.*

NICOLAUS DE ROSA EPISCOP. PUTEOL. CAP. MAJ.

## S. R. M.

SIGNORE.

HO il più attentamente, che ho potuto, letta l' opera, *Stephani Patritii Regii Conſiliarii de recta dotium Monaſticarum ratione ineunda Conſultatio cum adnotationibus J. Andreae Serrai Presbyteri*, ch' io ho trovato dappertutto eſattamente conforme ai dritti della Sovranità, e alle regole della giuſtizia, e del buon coſtume, opera, la quale tanto ri-

guardo alla Conſulta, ſcritta da mano maeſtra, e dettata dal trono medeſimo della Ragion Naturale e della Politica, che riſpetto al diſcorſo preliminare, e alle varie annotazioni d' un gran Teologo, qual' è l'Abate Serrao, merita tutta la conſiderazione della M. V., e de' Voſtri Savj e zelanti Miniſtri, tanto ella concerne non ſolo la giuſtizia privata di moltiſſime famiglie, ma lo ſtato eziandio della Civile Società, e la gloria medeſima, e gl' intereſſi fondamentali della M. V. Queſto dotto e prudentiſſimo Conſigliero de' Voſtri Regj Tribunali, e conſumato Giureconſulto, per gli più ſacri monumenti della Legge di Natura, delle Civili, de' Sacroſanti Canoni, dello Spirito dell' Evangelio e della Chieſa Cattolica, per gli Patti e intereſſi ſociali, dimoſtra fino ai ciechi le grandiſſime ingiuſtizie, che ſi fanno così ai privati, come a tutto il corpo Civile, nell'abuſo delle doti Monaſtiche, nelle ſucceſſioni alle loro famiglie, ove ſe ne

vengano

vengano ad eſtinguere i legittimi eredi, e in generale ne' ſoverchi acquiſti delle perſone votate a Dio, ad una più pura ſantità, che non ſono i Laici, alla povertà Evangelica, al rinunciamento degli affari e delle cure mondane, e finalmente ad un' abnegazione di ſe medeſimi, a tenore de' conſigli Evangelici.

L' ingiuſtizia privata vien da lui ſtabilita ſu due punti, che mi ſembrano chiariſſimi. Il primo è, che per un patto tacito di tutta la nazione non ſi debbano doti e ſoſtegno alle Monache, e ai Monaci, ſe non nel ſolo caſo, che i loro fondi non baſtino ad alimentargli a tenore de' biſogni del lor grado. Ora eſſendo quaſi tutti i Muniſterj di Monache e di Frati poſſidenti non ſolo nel grado di vivere agiatamente, ma anche con del luſſo, è ella giuſtizia, torre i beni alle famiglie ſecolari, con impoverirle ogni giorno più, e arricchire ſenza termine coloro, che per

loro profeſſione, e anzi per mantenere i loro voti, ſi doverebbero ridurre alle priſtine loro regole monaſtiche, e ai primi voti di Povertà? Sembra anche tenerſi mano al rilaſſamento della diſciplina per ſimili continuati acquiſti, non eſſendo facile, ſecondo che l' Evangelio, e la ſperienza c' inſegna, eſſer virtuoſo, e ricco, eſſer immerſo in tutte le cure ſecolareſche, che richieggono i gran fondi, e ſervir perfettamente a Dio in una vita rigida e penitente. Il ſecondo punto maeſtrevolmente trattato è, che a tenore così della legge di Natura, come di tutte le Civili, e di tutte le culte e ſavie nazioni, le doti ſecolareſche, per la morte della dotata, dove non vi ſieno figli, debbano tornare alle loro famiglie. Se una religioſa è una ſpoſa, el ſuo monacato, uno ſponſalizio ſacro, donde verrebbe il privilegio, che ſi pretende, che alla ſua morte non debba reſtituirſi la dote? Privilegio preteſo contra tutte le leggi,

gi,

gi, preteſo per cupidigia di beni temporali, privilegio, che ſtaricchendo queſti ſanti luoghi, ne sbarbica lo ſpirito monaſtico; introducendo a poco a poco la cupidigia de' beni mondani, il luſſo, e tutti i vizj, che il luſſo e la moda portan ſeco irreparabilmente.

Ma maggiore ancora, ſecondo il dotto Autore, è il male, che ſi fa al pubblico, e per due verſi. Prima, non eſſendoci niente più pubblico, e che più ſerva alla tranquillità de' popoli, quanto è la purità di religione e di diſciplina de' miniſtri della Religione, dalle cui maſſime ed eſempj prende norma ogni altro; dove queſti vengono per le ſoverchie ricchezze a corromperſi, è egli poſſibile, che il reſto del popolo abbia più neſſun riguardo alle maſſime della vera pietà? Il più gran flagello per ogni nazione è quel che dice un Profeta, *factus eſt ut populus, ita Sacer-*

 *dos;*

*dos*; perchè allora non vi ha più regola di giuſtizia e di coſtume da poter eſſere imitata da i Laici. Appreſſo, perchè a miſura, che creſcono gli acquiſti Eccleſiaſtici, vengono a ſtringerſi e ad impiccolirſi ogni giorno i fondi delle famiglie laiche, che ſoſtengono la nazione, tutte le claſſi dello Stato, el Trono de' Sovrani. Or queſta è un ingiuſtizia manifeſta, e ſorgente d' infinite ingiuſtizie, e che minaccia delle orribili cataſtrofe. Se tutti gli uomini hanno un dritto ingenito di vivere ſu la terra, dritto confermato dalle leggi di tutti i popoli, ſarebbe ella giuſtizia ridurre la maſſima parte delle famiglie d'uno Stato alla mendicità, rendere la nazione ſquallida e deforme, per arricchire poche adunanze di perſone, che non ſolo non han biſogni, ma che non poſſono arricchire ſenza ceſſar d'eſſere quel, che han profeſſato, con iſcompiglio della civile armonia? Al che l' Autore aggiunge, che

ſot-

ſottraendoſi per privilegj, e per mille altri modi, dai peſi pubblici, queſti o ſi addoſſano ſu i già renduti miſerabili, per opprimergli anche più, o vengono a ſottrarſi alla Maeſtà dell' Imperio, ambedue le quali ſono pubbliche ingiuſtizie.

Nè è, dic'Egli, ſolamente un ingiuſtizia pubblica, ma ampliſſima ſorgente di mille private. Non ci è più gran ſorgente di delitti, quanto l'eſtrema miſeria. A proporzione dunque, che le claſſi degli Agricoltori, manifattori, quelle de' gentiluomini, de' Grandi divengon povere, a quella medeſima diventano mendaci, furbe, intraprendenti, nequitoſe. Perchè dunque ſoſtenere una ſorgente di delitti? Ma vi è ancora da temer di peggio. Le ſoverchie ricchezze ſaranno ſempre invidiate, e in quelle caſe principalmente, che mietono ſenza ſeminare. Dall' invidia è facile di paſſare all' odio; dall' odio alla guerra. Qual' orri-

bile

bile cataſtrofe non ne può naſcere? La ſtoria ce ne ſomminiſtra di molte; e queſto dee farci più temere.

E' poi, dice il dotto Autore, noto a ciaſcuno, dimoſtrato per gli principj della Natura, delle Leggi Civili di tutti i tempi, per l' Evangelio, conceduto e riconoſciuto da' Concilj Ecumenici, da' Sommi Pontefici, da i più inſigni Teologi e Canoniſti, che il Sovrano, adunando in ſe tutti i dritti del corpo Politico, eſſendo Protettore, e Regolatore de' dritti privati e pubblici dello Stato, Signor Sovrano di tutto ciò, che ſerve a far naſcere e conſervare la pace e la felicità pubblica, vigile Cuſtode de' Canoni, e difenſore dello ſpirito dell' Evangelio, e Veſcovo generale eſterno della diſciplina Eccleſiaſtica, a lui ſolo convenga di raddrizzare certi diſordini, che il tempo, e la debolezza della natura umana può avere introdotto in qua-

lunque

lunque ſi è parte dello Stato. Anzi non è ſolo un dritto, ma un dovere, a cui non ſi può ſenza grave colpa mancare. Quando certi mali nel corpo politico ſon giunti all' eſtremo, tutto il mondo deſidera riforma. Queſta riforma non può naſcere, che da tre bande. I. da coloro, che devono eſſer riformati. II. dalla deſtra del Capo della Repubblica. III. dal popolo. Quei, che meritano riforma è difficile che vengano a riformar ſe ſteſſi: il popolo non ha riformato mai, che ſpiantando, medicina ſenza paragone peggiore del male. Si richiede dunque, Signore, la Voſtra mano, mano di padre, mano di ſavio, mano veneranda per la poteſtà, che Dio l' ha data, mano, che *non fruſtra portat gladium*. E queſta è, Signore, la ſoſtanza del preſente libro. Merita dunque non ſolo la luce delle ſtampe, ſecondo che io ſtimo, ma anche pubbliche lodi, come libro dettato da ſpirito patrio-

patriotico, e zelante dell' Autorità dell' Impero Sovrano, e della pace e grandezza di queſti Voſtri Regni. E umiliando queſto mio parere a' piè del Voſtro Regio Trono, ſono

Di V. M.

Caſa 2 Dicembre 1766.

*Umiliſs. Vaſſallo, e Regio Cattedratico*
Antonio Genoveſi.

*Die*

*Die 9. menſis Januarii 1767.*
*Neapoli.*

*Viſo Reſcripto Suæ Regalis Majeſtatis ſub die 27. Decembris proximi elapſi anni, ac relatione Reverendi U. J. D. D. Antonii Genoveſe de Commiſſione Reverendi Regii Capellani Majoris ordine præfatæ Regalis Majeſtatis.*

*Regalis Camera S. Claræ, providet, decernit, atque mandat, quod imprimatur cum inſerta forma præſentis ſupplicis libelli, ac approbationis dicti Reverendi Reviſoris. Verum in publicatione ſervetur Regia Pragmatica. Hoc ſuum.*

GAETA. PERELLI.

*Ill. Marchio Citus Præſ. S. R. C. tempore ſubſcriptionis impeditus.*
*Et cæteri Ill. Aulæ Præfecti non interfuerunt.*

*Reg. fol. 127.*
*Carulli.*

*Athanaſius.*
*Adm.*

*Adm. Rev. P. Albertus Capobianco Eminentiſſimi, ac Reverendiſſimi Domini Theol., ac Curiæ Archiep. Exam. Syn. revideat, & in ſcriptis referat. Datum die 25. Septembris 1766.*

PH. EPISC. ALLIPHANUS
VIC. GEN.

Joſeph Sparanus Can. Dep.

Eminentiſſime Princeps.

OPuſculum, cujus titulus: *Stephani Patritii Regii Conſiliarii de recta dotium Monaſticarum ratione ineunda Conſultatio, cum adnotationibus J. Andreae Serrai Presbyteri*, tanta eruditione refertum eſt, atque ſapientia, ut admiratore potius, quam cenſore opus habeat; etenim tantum abeſt, novi-

novitatem aliquam Eccleſiae dogmatibus vel morum Regulis ingerere, quin potius vetuſtam illam perfectionem, quam Concilia & Patres pro reformandis cum Monachorum, tum Monialium Monaſteriis ſtatuerunt, commendet, & executioni mandandam ſuadet, atque demonſtret; hinc ut typis publice edatur, adhaereo, ſi Eminentiae veſtrae ita videbitur.

E. V.

Datum apud S. Dominicum Majorem die 16. Decembris 1766.

*Humill. obſequentiſs. atque addictiſs. ſervus*
F. Albertus Capobianco
Ord. Praed.

*Attenta*

*Attenta relatione dicti Rev. Reviſoris, imprimatur. Datum Neap. hac die 18. Decembris 1766.*

PH. EPISC. ALLIPHANUS
VIC. GEN.

Joſeph Sparanus Can. Dep.

ANT 1317102

# EMENDANDA

## Tom. I.

Pag. xxi, præf. verſ. ult. præcipuus, *lege* præcipuum.
Pag. xxiii, præf. verſ. 3, natiouum, *lege* nationum.
Pag. xl, præf. v. 3, Præfinitum, *lege* Præfinitus.
Pag. xlvii, præf. v. 5, Abbatiſſimam, *lege* Abbatiſſam.
Pag. l, præf. verſ. 26, copulendas, *lege* copulandas.
Pag. lii, præf. verſ. 2, ſingulos, *lege* ſingulas.
Præf. lv, præf. verſ. 19, expediones, *lege* expeditiones.
Pag. lix, præf. verſ. 4, Abſiatiſſa, *lege* Abbatiſſa.
Pag. lxi, præf. verſ. 2, ſacraruum, *lege* ſacrarum.
Pag. lxvii, præf. verſ. ult. etatem, *lege* ætatem.
Pagina 4, Adnotat. verſ. 9, inſtiitionem, *lege* inſtitutionem.
Pag. 6, adnot. verſ. 12, inſtitum, *lege* inſtitutum.
Pag. 8, adnot. verſ. 3, principiam, *leg.* Principiam.
Pag. 9, adnot. verſ. 1, preſcripſit, *lege* Præſcripſit.

Pag. 11, adnot. verſ. 10, Mam, *lege* Nam.

Pag. 12, adnot. verſ. 12, piæ, *lege* pie.

Pag. 13, adn. verſ. 2, ſecrarum, *lege* ſacrarum.

Ib. verſ. 4, extiteruut, *lege* extiterunt.

Pag. 14, adn. verſ. 12, avaria, *lege* avaritia.

Pag. 21, adnot. verſ. 21, egenibus, *leg.* egentibus.

Pag. 26, text. verſ. 2, quæ ut rerum, *lege* quæ rerum.

Pag. 32, adn. verſ. 3, Igmarum, *lege* Hincmarum.

Ib. verſ. 12, Igmarus, *lege* Hincmarus.

Pag. 35, adn. verſ. 10, Qziſquis, *lege* Quiſquis.

Pag. 47, text. verſ. 1, falice, *lege* facile.

Ib. adn. verſ. 10, Romanum, *lege* Romanam.

Pag. 48, adnot. verſ. 2, dives, *lege* divites.

Pag. 54, adn. verſ. 18, excribere, *lege* exſcribere.

Pag. 58, text. verſ. 5. at, *lege* &.

Ibid. verſ. 13, qui, *lege* quos.

Ib. adn. verſ. 9, Immo, *lege* Hymno.

Pag. 64, text. verſ. 10, Diabulo, *lege* diabolo.

Pag. 75, text. verſ. 3, ſocietatis, *lege*

*ge* ſocietatis eſſe,.

Pag. 78, text. verſ. 1, nec, quemadmodum, *lege* & quemadmodum.

Pag. 82, text. verſ. 13, paternus, *lege* paternum.

Pag. 89, adnot. verſ. 10, fuiſſe, *lege* fuerit.

Pag. 91, adnot. verſ. 9, Philiſtenorum, *lege* Philiſtinorum.

Pag. 92, adnot. verſ. 6, nullam, *lege* nullum.

Pag. 99, adn. verſ. 24, ſalatium, *lege* ſolatium.

Pag. 110, adn. verſ. ult. quamdium, *lege* quamdiu.

Pag. 118, adn. verſ. 10, auſam, *lege* anſam.

Pag. 120, text. verſ. 3, agererunt, *lege* egerunt.

Ibid. adnot. verſ. 2, Antiodenum, *lege* Antiochenum.

Pag. 123, adn. verſ. ult. Prætefque, *lege* Prætoreſque.

Pag. 128, text. verſ. 18, peneretur, *lege* poneretur.

Pag. 137, adnot. verſ. 6, initationem, *lege* initiationem.

Pag. 139, adn. verſ. 8, reprehendum, *lege* reprehendendum.

Pag. 145, adn. verſ. 6, dabantur, *lege* donabantur.

Pag. 148, text. verſ. 3, Patrus, *lege* Patrù.

Ibid.

Ibid. adnot. verſ. 5, Catholica Eccleſia, *lege* Catholicam Eccleſiam.
Pag. 149, adn. verſ. 5, mamendum, *lege* manendum.
Pag. 154, text. verſ. 9, Monaſterio deceſſerint, *lege* Monaſteria ſeceſſerint.
Pag. 161, text. verſ. 13, manuum, *lege* manum.
Pag. 162, text. verſ. 14, expendent, *lege* expendet.
Pag. 169, adn. verſ. 5, cerorum, *lege* ceterorum.
Pag. 171, adn. verſ. 1, dubbitare, *lege* dubitare.
Pag. 175, adn. verſ. 6, funſtines, *lege* functiones.
Pag. 177, adn. verſ. 9, inequali, *lege* inæquali.
Pag. 179, adn. verſ. 12, præmerentur, *lege* premerentur.
Pag. 179, text. verſ. 2, Illa, *lege* Illi.
Pag. 180, adnot. verſ. ult., temdoralium, *lege* temporalium.
Ib. verſ. 7, inimiciæ, *lege* inimicitiæ.
Pag. 191, text. verſ. 6, poſſum, *lege* peſſum.
Pag. 199, adn. verſ. 14, Anctoriſq. *lege* Auctoriſque.